2 quia hic modus est reprobatus a iure, scilicet, † ut plures instituantur in uno beneficio: quia non debet fieri sectio in beneficijs. capit. maioribus. de præben. & nos plene diximus supra in prima parte huius secundi libri in septima quæstione princi. in decimoseptimo articulo. hoc noluit Lap. in dicta clemen. secunda. in §. quibus. ubi etiam Cardina. in secunda quæstio. in secũda colum. hoc titul. quem sequuntur ibi alij docto. Est etiam aduertẽdum, dictum §. quibus. etiam habere locum, quando iuspatrona. spectat ad uniuersitatem secundùm Lap. in quadam additione. uerum dicit, quòd si ad plures uniuersitates spectet iuspatrona. poterunt cõuenire ut ibi: quia una uniuersitas habet locũ unius singularis personę, de his quę fiunt a pręla. capit. ea noscitur. secus si una uniuersitas tantum sit patrona: quia tunc non habet locum ille. §. nec præcedens. ex quo cẽsetur loco unius, sequitur hæc Cardinal. ibi in tertia q̃stio. Qui subdit, inimo hoc etiam posse habere locum in una uniuersitate laicorum: quia unus patronus laicus simul potest præsentare plures, & hoc dicit uelle gloss. ibi olim, in fin. Tu considera circa hoc: nam illa gloss. re uera hoc clare dicit. & isti plures pręsentati possunt esse quocunque, ut ibi vult glossa super uerbo plures. & sic est vltra duos, quod quidem uidetur contra id quod dicemus infra in hac parte in septima quæstio. princip. in articu. cum tractabimus, quotiens patronus poterit uariare accumulando, & concludemus bis & non ultra, ut euitetur infinitas, hic autem innuitur cõtrarium. ¶ Ideo dicerem illud procedere in uariatione vniuscuiusque, ut non possit ultra bis uariare accumulando, sed omnes simul si bene essent centum patroni quilibet posset præsentare suum, & sic possent esse cẽtum præsentati, & is illorum institui quem episcopus elegerit iuxta dictum §. quibus. qui ita intelligitur, & ita uere loquitur, & quilibet est in sua prima præsentatione. ¶ Aliud autem est, quando unus uariaret duos accumulando, quia tũc episcopus haberet optionem ex dispositione iuris, iuxta notat. in capit. quod autem. & in capitulo cum autem. hoc titulo, non autem ex voluntate patronorum: ut est in dicto §. quibus. ¶ Et ex hoc colligo, salua pace, melius fuisse loquutũ Lap. quàm Cardin. Lap. enim voluit, dictum §. quibus. posse habere locum in duabus uniuersitatibus patronis, quia repræsentant personas duorum, & sic quælibet ipsarum posset præsentare vnum, & electionem remittere episcopo, & episcopus eliget virtute dictæ remissionis: ut in dicto §. quibus. quando verò est una vniuersitas quamuis secularis patrona, quę tenet locum unius, uel quando esset vnus patronus laicus, qui licèt possint duos præsentare eodem tempore uel separatim uariãdo accumulatiue, ordinarius qui habet actionem non habet illam ex iure ei dato per ipsum patronum: ut in dicto §. quibus. sed ex iure communi, iuxta capit. pastoralis. & dictum capitu. quod autem. & capit. cum autẽ. hoc tit. & ita debet intelligi dicta gloss. ¶ Et in hoc casu dicerem, etiam patronos clericos habentes præsentare iure singulari & non vniuersali puta quilibet ratione suæ ecclesiæ posse quemlibet ipsorum præsentare suum, & remittere electionem habenti instituere: quia in hoc dicitur variatio, sed duplex præsentatio cuiuscunque: & hoc videtur tenere velle gloss. super uerbo permittimus, quæ incipit olim. quæ tantum facit differentiam in hoc, quòd de iure antiquo potior erat conditio instituti ab episcopo, si fuisset facta variatio vnico contextu, siue successiue, hodie verò potest fieri unico contextu per omnes & per eos episcopo remitti, & episcopus non habebit seruare formam dicti capit. pastoralis. quia nõ habemus considerare malitiam eius, an omiserit instituere primum malitiose ut compellatur illi prouidere: ut in dicto capitu. pastoralis. sed ex quo patroni præsentantes plures remiserunt electionem in posse episcopi, siue fiat vnico contextu, siue separatim, eliget quem uoluerit ex uirtute dictæ remissionis absque metu alicuius pœnæ per dispositionem dicti §. quibus. & ita intelligerem hanc difficultatem. ¶ Est etiam considerandum circa ea quæ dicit gloss. in uerbo præsentet, ibi, quæ incipit simul, illum tex. habere locum in patronis laicis, & clericis ratione tamen patrimonij, qui laici iudicantur: nam in hoc gloss. illa considerauit uariationem, quæ non potest fieri per patronos ecclesiasticos, sed quando simul omnes ecclesiastici patroni præsentarent, non tamen ut uniuersi, sed ut singuli, bene poterunt simul eodem contextu plures præsentare, puta quilibet suum, & remittere electionem habenti instituere, & sic obseruari dispositionem dicti §. quibus. ut proximus diximus, quia militat in eis eadem ratio: ut vult ibidem Cardina. in sua prima opp. nam ratio illius text. est, ut subueniatur diuersis votibus discordantium. quæ discordia potest esse ita inter laicos patronos sicut inter patronos clericos iure singulari, & ille tex. non distinguit, ergo nec nos distinguere debemus. & hoc Card. dicit ibi esse verius. ¶ Bene uerum est, illum textum non habere locum, quãdo præsentatio spectaret ad patronos clericos, seu laicos iure uniuersali, puta alicuius collegii, uel uniuersitatis: nam ex quo omnes censentur vnus: ut proximus diximus, habebit locum, quod fiet a maiori parte, capitulo optimo cum simili. de his quæ fiunt a maiori parte capituli, sed solum poterit habere locum, cum ius pręsentandi spectaret ad duo collegia, uel ad duas vniuersitates, ut proxime diximus post Lap. reliqua circa intellectum dicti §. quibus. uide infra in sequen. octauo articulo, ubi de præsentatione alternatiua.

¶ Septimus art. 3. q. prin. ij. Partis ij. Libri.

1 *Compromitti an possit in posse alicuius, ubi quòd sic.*

2 *Compromitti an posit potestas præsentandi in laicum.*

3 *Electio prælati potest compromitti non tamen in laicum.*

4 *Causa iurisp. est annexa spiritualitati, & non potest cognosci in foro*

ro seculari. & nu. 5.

6 *Compromissarijs non eligentibus præsentandum vel eligentibus sed non præsentantibus infra tempus datum ad præsentandum, erit facta deuolutio ad superiorem prouidendi ecclesiæ.*

7 *Compromissarij præsentantes indignum & compromittentes scienter ratum habentes erunt priuati illa vice iure præsentandi.*

8 *Compromissario eligente indignum scienter, vel ignoranter compromittentibus ratum non habentibus, electio reuertitur ad ipsos.*

Et quæ ratio sit differentia inter compromissarios.

9 *Præsentantes hoc casu & compromissario eligente renuncian. electo a compromissario iterum eligunt compromittentes. Idem in renunci. præsentato.*

10 *Patroni possunt eligere, qui eligat compromissarios, qui habeant postmodum præsentare.*

Et ex dicto. §. quibus. clement. plures. huius ti. apparet decisio se

1 ptimi articuli † an patroni possint compromittere præsentationem faciendam in posse alicuius. & illẽ tex. §. quibus. probat quòd sic: nam ibi patroni discordantes possunt se remittere: ut ille instituatur, quem ipse episcopus elegerit, ut ibi patet. ¶ Tu aduerte: quia re uera tex. uidetur facere pro hoc, sed non probat illud: nam in dicto §. quibus. patroni discordantes non compromiserunt præsentationem faciendam sed omnes præsentarunt, quos uoluerunt & solum dederunt facultatem episcopo eligendi quem illorum uoluisset & illũ instituneret, ut ibi patet.

¶ Nisi dicamus inspecto effectu posse dici ibi præsentationem compromissam, nam præsentatio ipsorum patronorum erat de uento: ille enim solus dicetur effectualiter præsentatus, qui eligetur ab episcopo. non est ergo prima præsentatio, sed ipsa electio quæ facit præsentationem habere effectum. unde dici potest, illum textum probare hanc conclusionem: quæ tamen est clara: ut uoluit Lap allegat. octaua, incipien. præsentatus per patronos. folio tertio, & allegat. septuagesimaoctaua. vacãte ecclesia. folio vigesimonono, & late diximus supra in præcedent. secunda quæstio. princip. huius partis articulo decimoseptimo, ubi tractauimus, an maior pars patronorum possit præsentationem compromittere minor parte inulta seu uno tantum contra vicente, de quo tamen ut ibi late est dictum.

2 ¶ † Sed dubium est, an potestas præsentandi possit compromitti in laicum, & primò uideretur dicendũ quòd sic: quia compromissarius censetur procurator compromittentium: præsentat enim ipsorum nomine, capit. in causis. & quæ ibi leguntur & notãtur de electio. & in cap. si compromissarius. eod. titu. libro sexto, sed laicus potest esse procurator etiam in mere spiritualibus: cum exerceat nodum ministerium: ut est tex. not. in capitulo primo, de procurato. libro sexto, ergo &c. ¶ Facit etiam regu. d. text. capituli primi de procura. libro sexto, quemlibet posse admitti, qui non reperitur prohibitus, sed non reperitur prohibitum laicũ posse esse compromissarium, ergo dicemus sibi esse permissum, per regu. d. tex.

¶ Tamen contrarium uidetur probare tex. in dicta clemen. plures. §. quibus. qui vult, patronos posse compromittere, seu remittere electionem præsentatorum episcopo. & gloss. fin. vult id etiam posse fieri cuicunque alteri institutionem habenti, ergo personis ecclesiasticis & non laicalibus.

3 ¶ † Pro hoc etiam facit: quia licèt electio prælati possit compromitti ut in cap. causam. & in capit. in causis. de electio. & in cap. si compromissarius. eodem titu. libro sexto, tamen non poterit compromitti in laicum: ut vult pulchre Abb. in dicto capit. causam in prima col. in uers. an autem hæc potestas. ¶ Respondet ad contrarium supra formatũ de procuratore, quòd in electio. præsentati nõ uersatur nudum ministerium, immo habet arbitrari, an quis sit idoneus ad officium prælaturæ nec est omnino simpliciter procurator, immo officium radicatur in persona sua, adeo quòd non potest reuocari re non integra in dicto capitulo in causis. adducit etiam tex. in capitulo contingit. de arbi. ubi patet, non posse assumi arbitrum laicum super spiritualibus. & subijcitur in tex. ratio: quia non datur laicum in talibus arbitrari. quæ quidem ratio militat in casu nostro, & dicit facere pro hoc in arg. cap. messana. & capitulũ sacrosancta. de electio. si ergo hoc est in electione, idem debet esse in præsentatione, arg. c. fi. de elect. lib. 6. iuncta gl. ¶ Non obst. illa reg. non prohibetur, ergo permittitur, quia satis apparet prohibitum, laicum cum non posse se impedire circa spiritualia: ut in cap.

4 2. de ind. ¶ Facit ẽt pro hoc † nam causa iurispatrona. quæ est annexa spiritualitati non potest cognosci in foro seculari, sed solum in foro ecclesiastico, ut in c. quãto. de iud. & ibi doct. quod nec arbitrari potest per laicos, ut aliás suo loco dicemus, & in c. præterea de translatio. quanto magis nec hæc præsentatio, quæ est spiritualis: ut s̃. diximus in prima parte huius secundi libri in 1. q. prin. in 2. ar. dum tractauimus, an præsentatio sit ius. ¶ Facit etiam: nam oĩs difficultas quam facit Arch. in cap. hortamur. 7 t. dist. in illo ar. an iuspatrona. possit per laicum præscribi contra ecclesiam liberam consistit in hoc: quia cum laici sint incapaces huius iuris, & solum hanc gratiam habent qui fundarunt, construxerũt, uel dotarunt ecclesiam, per capitulum tertiũ hoc tit. non potest extendi ad eos qui nihil horum fecerũt, sic & in casu nostro quõ poterunt præsentare laici cõpromissarij cum sint incapaces, & licèt hanc potestatẽ habeant a ueris patronis, omnino radicatur præsentatio in personis ipsorum. ¶ Et pro hoc facit: nam licèt patroni laici ex priuilegio summi Pontificis, uel reseruatione facta in limine fundationis cum consensu ordinarij haberent custodiam ecclesiæ vacantis: tamẽ nõ possũt in ea ponere œconomum laicum sed clericum: ut pulchre diximus supra in prima præce. q. prin. io 30. art. ne administratio fiat per illum laicum, qui non est patronus. ¶ Et si diceretur, licèt hæc ratio non cõtradicat: cum cõstituitur procurator ad præsentandum aliquem, specialiter tamen cum datur sibi potestas quem uelit est quod in compromissario: quia potestas eligẽdi præsentãdi, & ipsa præsentatio radicatur in personã eius licèt fiat nomine sui principalis, & hoc fieri pmittitur: ut uolunt omnes doct. in c. fin. de conces. preb. sic & in compromissario, qui iam nomine compromittẽtium elegit præsentand. & præsentat licèt in eum prædicta radicentur. ¶ Certe hoc durum uidetur contrarium, sed subtiliter intuenti nõ est simili radicatio eligend. præsentandum & præsentãdi in procuratore generali, quæ est in ipsis compromissarijs, siue sint plures compromissarij, siue unus: quia idem est iudicium: ut vult gloss. secunda in d. c. si compromissarius eligatur a patronis: quia uel quilibet patronus credit eos uelle eligere & præsentare, quem ipse desiderat, uel qa quilibet diffidens de concordia ipsorum, uult: ut si non possit præsentari, quem ipse desiderat, nec præsentetur, quem compatronus desiderat, & ideo reponunt præsentationem in posse aliorum, ergo quilibet putat præsentationem faciendam secundum se, & potest fraudari sua opinione, uel quilibet putat non esse præsentandum quem desiderat compatronus, & similiter poterit fraudari opinione sua: quia compromissarij forsan non solum non præsentabunt sibi gratum, sed etiã forsan præsentabunt desideratum a compatrono, & sic omnino contra eius uoluntatem, ergo omnis actio hic radicatur in personas compromissariorum, nõ autem sic in procuratore generali: quia in illo non cadũt huiusmodi considerationes, sed solum ex quo principalis patronus est de eo confisus, est certus sibi non posse displicere præsentationem faciendam per suum procuratorem. nota hanc subtilem solutionem, per quam saluatur sol. Ab. in dicto capitulo causam. dum dixit, electionem radicari in personas compromissariorum: non autem sic in personas procuratorum, ut

ibi

ibi per eum. ¶ Datur & alia diuersitas, nam nos loquimur in casu non concordiæ patronorum; tunc enim fit compromissum, ut in dicto capitulo causam. & in dicto capitulo in causis. & in dicta clement. plures. §. quibus. tunc sic, si quilibet constituit suum procuratorem ad præsentandum, uel aliqui sic, & aliqui nō, tam principales quam procuratores erunt in discordia, & eorum discordia terminabitur per iudicem, uel elapso termino fiet deuolutio ad superiorem capitulo tertio, capitulo cam te. capitulo si uero. & capitulo cum propter. hoc titul. & late supra diximus in prima præcedē. quæstio. principa. huius partis in nono articulo. fungētur ergo ipsi procuratores in hoc casu loci pertin. compromissarij uero repræsentabunt personam iudicis, nō est dubium laicos posse esse procuratores in spiritualibus, dicto capitulo primo, de procurato. lib. sexto, quia totalis dispositio non radicatur in personam cuiuslibet ipsorum, & sic non possunt deducere totam causam ad effectum, ut possent omnes simul concordes, compromissarij uero sic, uel tanquam iudices, uel tanquam repræsentantes personas omnium patronorum concordes, & ideo in puncto iuris ego semper tenerem hanc opinio.

5 ¶ † Nisi pro concordia horum distingueremus hoc modo, aut compromissum fieret in laicos compatronos & procederet, quia semel effecti sunt capaces huius iuris, & hoc idem esset, ac si iuspatrona. transferrēt in compatronos, quod facere possent in totum sine cōsensu episcopi, ut diximus in 2. parte primi libri in prima quæstio. princip. in duodecimo articulo, quāto magis pro illa uice, & tunc non est dubium, hoc compromissum posse fieri in ipsos, quamuis laicos. & pro hoc etiam facit: nam patroni possunt inter se conuenire, ut alternis uicibus præsentent: ut diximus supra in prima parte huius secundi libri in ult. art.

¶ Aut nolunt compromittere in laicos penitus non patronos, & tunc non tenebit compromissum, sed debent compromittere in clericos. & pro ista mea concordia faciunt ea quæ diximus supra in prima præced. quæstio. princip. huius partis in trigesimo articu. quod quando patroni laici ex priuilegio uel reseruatione habent custodiam ecclesiæ, non possunt ponere œconomum laicum sed clericum, nisi constituant œconomum unum ex eis, ut ibi pulchre.

¶ Et circa hanc materiam compromissi aduerte ad plura, & primum erit differre casum huius articuli a casu quinto præcedent. articu. cum patronus dicit, præsento quem talis præsentabit, nam in illo casu poterit patronus ante ipsum præsentare priuatiue, & post ipsum accumulatiue; quia idem est, ac si illum eius procuratorem constituisset, ut ibi diximus: in casu autem compromissi patronus. posset hæc facere re integra, sed re non integra non, per ea quæ notant doctor. per illum textum in capitulo in causis. hoc titu. & in hoc etiam apparet quantum differant compromissarij a generali procuratore, ut de reuocatione procuratoris etiam diximus in prima parte huius secundi libri in quarta quæstio. princi. in sexto articulo & etiam in decimotertio articulo.

6 ¶ † Secundo est aduertendum, quod si præsentatio est compromissa in aliquos, & compromissarij non elegerunt præsentandum, uel si elegerunt, non præsentarunt infra tempus datum ad præsentandum, adeo quod tempus datum a iure labitur, non poterunt nec ipsi prę sentare, sed facta erit deuolutio ad superiorem prouidendi ecclesiæ iuxta capitulum secundum, de supplen. negli. prælato. & hoc dictum probatur in dicto capitulo si compromissarius. nam si hoc est in electione compromissa, multo magis debet esse in prędsentatione compromissa per rationem quam in proxi. uersicu. dicemus.

¶ Tertiò est aduertendum, nam sicut si compromissarij eligunt indignum siue scienter siue ignoranter, cum scientia tamen patronorū compromittentium, priuati sunt illa uice iure eligendi, ut habetur in dicto capitulo si compromissarius. in §. si uero eligat. ibi, nisi
7 & ipsi scienter electionem talem ratam habuerint † eodem modo si compromissarij ad præsentandum pręsentauerint infra tempus indignum, & compromittentes scienter ratum habuerunt, erunt priuati illa uice iure pñtandi, per dictum capitulum si compromissarius. in dicto §. si uero. nam si hoc habet locum ut in illo text. dicitur in compromisso electionis, in qua non currit tempus impeditis, ut in capitulo quia diuersitatem. de concessio. præbend. multo magis hoc dictum etiam proxime procedens debet habere locum in præsentatione in qua impeditis & ignorantibus currit tēpus, ut late diximus supra in prima præced. quęst. princ. huius partis in octauo articulo.

8 ¶ † Quarto est aduertendum, & in hoc differet electio a pręsentatione, nam licet in electione si compromissarius eligat scienter uel ignoranter indignum compromittentibus non ratum habentibus reuertitur electio ad ipsos, siue sit infra trimestre datum ad eligendum, siue nihil supersit de eo: quia non debet quid imputari illis, qui non sunt in culpa, ut in dicto capitulo si compromissarius. §. si uero eligat. tamen in pręsentatione non erit sic, sed fiet distinctio, an compromissarius pręsentauerit indignum, & superat de tempore dato ad præsentandum, & tunc bene reuertitur pręsentatio ad compromittentes patronos, & poterunt iterum pręsentare: tum quia non fuerunt in culpa præsentationis indigni, tum etiam quia nec fuerunt in culpa negligentię, ex quo superat adhuc de tempore, sed si compromissarij pręsentarunt in fine temporis dati ad pręsentandum, & pręsentarunt indignum, quamuis non ratum habuerint compromittentes, uel etiam non idoneum, & non poterunt ulterius præsentare ipsi compromittentes, quia non superest de tempore, & quamuis quod eis imputetur ex mala pręsentatione facta per compromissarium, quia illam non habuerunt ratam, est tamen quod eis imputetur, quia compromiserunt in talem, qui fecit præsentationem nullam. idem enim est nullo modo pręsentasse, uel nulliter pręsentasse, uulgatis iuribus, sed si nullum pręsentasset, elapso tempore iuris fieret deuolutio prouidendi ecclesię ad superiorem, ut uult text. in dicto capitulo, si compromissarius. in princip. eodem modo si nulliter pręsentauit.

¶ Et si dicis, cur secus in electione? Respondetur per rationem proxime adductam in electione superat de tempore, quia electoribus non currit tempus durante compromisso, putabant enim compromissarios facturos bonam electionem, & ideo iuste impediti, & ipsis impeditis tempus non currit, vt supra diximus, in patronis autem hoc non militat, quia cum etiam eis impeditis currat tempus, eis imputatur qui talem compromissarium elegerunt, ex cuius nulla pręsentatione lapsum est tempus.

¶ Et si diceres, dato quod hoc procedat, si compromissarius elegit indignum, sed si elegit non idoneum cur non poterint compromittentes pręsentare saltim accumulando, iuxta capitulum quod autem. & capitulum cum autem. hoc titu. breuis est solutio, quia pręsentatio accumulatiua potest fieri durāte tēpore dato ad pręsentandum & non post, ut in dictis iuribus, & diximus late in prima parte huius secundi libri in decima quęstione princip. in quarto articulo, dum conclusimus, patronum pręsentantem indignum non admitti ad cumulationem, quamuis supersit de tempore, pręsentantem uero non idoneum admitti, si superest de tempore, alias non, ut ibi.

9 ¶ † Quinto est aduertendum, quod sicut electo a cōpromissario renunciante eligunt compromittentes: ut in dicto capitulo, si compromissarius. §. si uero. eodē modo ita pręsentato a compromissario renunciante

poterunt

poterunt iterum præsentare compromittētes, ut in di cto capitulo si compromissarius, immo habebūt aliud integrum tempus ad præsentandum, ut diximus in dicta prima præcedent. quæstione princip. huius partis in decimoseptimo articulo.

¶ Et licet idem sit in electo a compromissario non consentiente: ut in fi. dicti §. si uero. ibi, sed electus tenuit consentire, tamen non est idem in præsentato a compromissario nolente consentire, quia tūc demum patroni poterunt præsentare si superest de tēpore, alias non: quia non dicetur facta perfecta præsentatio per compromissarium non consentiente præsentato, ut diximus etiam in proprio patrono in dicto §. decimo-10 primo. ¶ † Sexto est aduertendum, non solum patronos posse compromittere certis personis potestatem præsentandi, sed etiam posse aliquos eligere, per quos eligantur compromissarij, qui habeant postmodum præsentare, & sic a principio posse esse compromissarios incertos, certificandos tamen per eos, quibus est data potestas eos eligendi, hic est text. aureus, ex quo hoc colligit Abb. in primo nota. & ibi omnes in dicto capitulo in causis. nam cum hoc habeat locum in electione, ut ibi, multo fortius in præsentatione, nam inter electum & ecclesiam contrahitur matrimonium spirituale de præsenti, inter præsentatum uero & ecclesiam de futuro, c. de electione c. cum inter. ut lite non conte. capitu. quoniam. & ideo septennis qui sponsalia contrahit potest præsentare sed non eligere secundū nota. in capitulo ex eo quod. de electio. libro sexto. & uoluit hęc Lap. pulchre allegatiōe septuagesimaquinta, casus talis est. Titius. in tertia colum. folio uigesimo septimo. si igitur matrimonium de præsenti potest per circuitū contrahi, multo magis & sponsalia de futuro.

¶ Octauus art. 3. q. prin. ij. par. ij. Libri.

1 *Electio alternatiua non procedit.*
2 *Præsentatio patroni ecclesiastici habet uim electionis.*
3 *Nominatio tribuit ius in re.*
4 *Præsentatio alternatiua potest fieri per patronos laicos, & quid in patronis clericis.*
5 *uariare non permittitur clericis patronis.*
6 *Intellectus clement. plures. parag. quibus. de iure patrona.*
7 *Præsentari alternatiue an possit a patronis ecclesiasticis. numero 10. & 11.*
8 *Præsentatio potest fieri a patrono tam laico quàm ecclesiastico hoc modo, præsento quam talis præsentabit.*
9 *Ecclesiastici patroni possunt compromittere præsentationem.*

Succedit quintus Articulus, an præsentatio alternatiua a patrono laico & a clerico fieri possit. Gaye. in repetitio. capituli fina. post princip. uigesimaquarta columna dicit, patronum posse simul plures præsentare hoc modo, ut episcopus alterum admittat allegat Francisc. idest Cardina. in capitulo cum autem. in princip. hoc titu. & in clement. secunda, in fin. eodem titu. post glo. & dicit idem esse dicendum de patrono clerico post Stepha.

¶ Gloss. in uerbo plures, in dicto §. dicta clement. secunda dicit, patronum posse hoc modo alternatiue præsentare quotcunque uoluerit, ut instituatur ille quem episcopus eligerit, ut in ipso text. dicitur & ita firmant ibi Zenze. Mart. Lap. quos super dicta glos. refert & sequitur Ioann. de Imol. idem Domi. Cardina. in princip. dicti §. fina. secus tamen esset in electione. capitulo secundo, de electio. libro sex. o. & ratio est, quia per electionem contrahitur matrimonium spirituale de præsenti, & debet esse perfectus consensus in uno & non in duobus, quia uxor non potest habere duos uiros, ut pulchre ibi Cardina. in fin. suæ opp. & ita uoluit Ioann. And. Gemi. in prima columna, & Phili. Franc. in dicto capitulo secundo, de electio. & Lap. allegatio. sua octaua. post princip. incipient. præsentatus. folio tertio & in allegatio. septuagesimaoctaua, incipien. in Dei nomine in quinta columna, folio uigesimoseptimo. & in dicta allegatio. octaua, plura accumular, in quibus parificantur & conueniunt præsentatio & electio, de quibus nos late diximus supra in prima parte huius secundi libri in prima quęstione princip. in quinto articulo.

¶ Domi. Felin. in capitulo inter cætera. In ultim. 1 colum. † dicit, electionem alternatiuam non procedere, per dictum capitulum secundum de electio. libro sexto. secus tamen esse dicit in præsentatione, per dictam glo. §. fina. clemen. plures. hoc titu. allegat etiam Gemy. in dicto capitulo secundo, in secunda opposi. & Lapum dicta allegatio. septuagesimaoctaua. & Federi. consilio centesimononagesimonono. subdit tamen hoc non habere locum in præsentatione clerici iure ecclesiæ, quia habet uim electionis, allegat Innocen in capitulo cum autem. hoc titul. & sic in hoc ultimo Felin. tenet contra Stepha. & Gaye. quos supra retulimus & ibi Domi. Felin. plura accumulat de actibus alternatiuis.

¶ Domi. Roch. uero in hoc tracta. in uerbo honorificum. in septima quæstione concludit, quod supra diximus in laicos, scilicet, eos posse plures alternatiue præsentare, licet secus sit in electione. quid autem de clerico remittit se ad ea quæ ipse dicit ibidem in sequenti quæstione ante fin. in uersiculo quarto subortur quæstio. qui quærit in specie, an patronus ecclesiasticus possit præsentare plures simul, iuxta dictam clem. plures. §. fin. hoc tit. & respondet, glos. ibi dicere quod 2 non, & illam sequi Zenze. & pro ea facere † quia præsentatio patroni ecclesiastici habet uim electionis, allegat Innocen. & Abb. in capitulo cum autem. hoc titu. sed plures eligi non possunt, per dictum capitulum secundum iuncta glos. in uerbo alternatiua. de electio. libro sexto. & dicit hoc etiam tenere Gemi. ibi post Ioann. And. subdit contrarium tamen tenere Stepha. in dicta cle. plures. §. fin. quem ibi refert & sequitur dom. Card. in prima opp. motus inter cætera propter identitatem rationis illius textus & idem in effectu dicit sequi Ioan. de Imo. in penult. columna, & hanc opinio. etiam sibi placere: & hanc tenendo dicit non obstare præsentationem patronorum ecclesiasticorum habere uim electionis, quia illud est uerum quantum ad hoc, scilicet, ut non possit a tali præsentatione uariari, quemadmodum nec ab electione. & ita intelligere Innoc. & Abb. in dicto capitulo cum autem. & subdit dato quod patronus ecclesiasticus præsentet plures simul, per hoc non dicitur uariare, prout etiam ait dicere domi. Card. in d. clement plures. §. fi. in princip. & ita residet ibi dominus Rochus.

¶ Firma. in suo repertorio in uerbo præsentatio clericorum. in ult. uersi. tenet eam opinio. scilicet patroni clericum posse præsentare alternatiue plures.

¶ Reperi postmodum Pau. de Cita. in sexta parte, in tertio articulo, in quadragesimasexta quæstione, in hoc tractat. quærentem an quis possit præsentare alternatiue A. uel P. & respondet, ex quo hodie de hoc est textus expressus in dicta clement. plures.

plures.§.fi.hoc ti.& ibi.gl.nota.dicēdū est, p̄ronos posse inter se ꝯuenire,vt alternis uicib.p̄ntēt:ut ibi in §.vt
facilius,& sic plures p̄ntari,& vna ex ipsis p̄onis p̄nta-
tis eligi ꝑ ep̄m,& recitat gl.ibi q̄ vult, p̄ronū clericū nō
posse alternatiue p̄ntare, p.c.2.de ele.li.6.ubi text. vult
in electionib.postulationibus & scrutinijs, ex quib. ius
orit electio uota ꝯditionalia alternatiua & ĩcerta peni
tus reprobari,& ꝓ nō adiectis h̄ri, cum ex puris votibus
electio celebret̄ uoce illorum qui nō pure consenserūt
in alijs resīdētc. Et dicit Pau.ꝓ prima opi.facere.c.studij
dist.ubi dicit̄,plures posse eligi:vt si unus nō placeat,sit
alius,in quo possit declinari:& ibi gl.sed tamē talis ele-
ctio hodie reprobat̄,cū ꝑ electionē acquitatur ius ele-
cto,& uideatur quodammō despōsari ecclesiæ q̄ duos
sponsos h̄re nō potest,secus in pręsentatione. Adducit
etiā pro hac parte rōnem: nā sicut pōt fieri nominatio
3 de plurib.ad aliquā dignitatem: † quia talis nominatio
tribuit ius in re.c.ꝙ sicut de ele.ita dr̄et posse fieri præ-
sentatio de plurib.alternatiue,cū per præsentationem
nō ꝯferat̄ vel acquirat̄ ius in re,sed ad rem,ut not. in c.
pastoralis.hoc ti.& ĩ c.cū Bertol.de re iud.dicit ēt Pau.
se nō uidere rōnē diuersitatis,cum p̄ronus possit accu-
mulādo plures p̄ntare,ut in d.c. pastoralis, quare ēt nō
dēat posse simul plures aut alternatiue p̄ntare,ut relin
quat hoc diœcesani arbitrio,quē magis instituat:cū hic
nulla fraus possit intercedere,ex quo cōscīa diœcesani
onerat̄ in tali instōne faciēda.d.c.pastoralis.& c. decer
nimus.16.q.7.iō dicit ipse Pau.dico cū gl. d. cle. plures.
§.fi.posse alternatiue fieri p̄ntationem,ut.s.& ꝙ plures
possint p̄ntari,dicit ꝓbari in tex.c.si qs ep̄orum, in glo.
clericos.16.q.2.& in d. c. decernimus, & ita residet ibi
Pau.Tu adūerte ad eius dicta:nā sūt ualde intricata, &
pace sua dixerim,nesciuit qd vellet, nā intricauit du-
4 biū huius art.in p̄ronis clericis & in laicis: † de laicis.n.
clarū est,& gl.in d.§. fi. & oēs ꝯcludūt eos alternatiue
posse p̄ntare plures,sed omnis difficultas est in p̄ronis
clericis,ꝯ quos opponit̄ illud de.c.2.de ele.li.6.cū p̄nta
tio p̄ronorū eccl̄asticorū dicatur electio, & licet duo
prima motiua eius.s.de.c.studij. & de noīatione, uideā
tur facere ēt ꝓ p̄ronis clericis,tn̄ ult.motiuum de uaria
5 tione nullo mō facit ꝓ p̄ronis clericis † quia illi uariare
nō p̄nt,c.cū aūt.hoc tit.nec c.studij, ꝓbat pro eccl̄asti-
cis,qa ibi nō erat uerū iusp.Tu ꝯsidera.c.studij,nō loq
in uera electione,sed in quadam monitione,q̄ fiebat ꝑ
populū Neapolitanū,vt in suprascriptione apparet. &
non dixi p̄ntatione, qa in eccl̄a collegiata nō cadit p̄n-
tatio,ut in c.nobis.hoc tit.& diximus late.s.in 1.par.hu
ius 2.lib.in 5.q.prin.in 1.art.& si bene esset p̄ntatio,p̄ro-
ni erāt laici,ut proxime diximus:si uero uolumus intel
ligere illum tex.de uera electione,ille tex. ꝯriat̄.c.2.de
ele.lib.6.licet gl.ibi diuersimode intelligat illū tex. Et
ꝙ nō ꝓcedat electio alternatiua,posuit ēt Firm. in tra.
6 de ep̄o in 3.par.prin.in 37.q.Vnde pro uera † ĩtelligētia
huius materię & eorū q̄ diximus in trib.proxime p̄ce.
art.est discernēdus uerus intellectus.d.cle.plures.§.qb.
& vt nos late diximus s.in 2.par.1.lib.in 1.q.prin.in 25.
art.dū ibi tractauimus,an in iurepa. succedat̄ ꝑ stirpes,
vel ꝑ capita circa hoc de iure antiquo erāt diuersę opi
niones:nā alia Hug.Lau.Io.Tan. Vin.Ber.& Goff.tene-
bāt succedi ꝑ capita,& inducebāt plures intricationes,
quę potuissēt succedere in p̄sentationib.si secus dicere
tur. Inn.uero & Host.dicebant succedi ꝑ stirpes,& sol-
uebant intricationes, ut dicit ibi glo.1. & nos diximus
late in d.25.art.superuenit Clemēs quintus & declara-
uit hāc difficultatē approbādo partē Inn.& Host. & sic
ꝯdidit.d.cle.plures, quę vult,h̄des dr̄e succedere ꝑ stir
pes & nō per capita,& noluit ēt iurislator intricationi
bus prouidere ad incidendas discordias p̄ronorū, & iō
subiunxit hęc uerba formalia ꝯtinuando sermonē de
plurib.p̄ronis,& vt facilius ꝓuideatur eccl̄is nō incon-
ueniens reputamus p̄ronos ipsos inter se posse libere
conuenire de rectore ab eis alternis uicib. pręsentādo.
quib.ēt ex eadē cā permittimus: ut plures ad uacātem
eccl̄am possint eo mō p̄ntare ꝑsonas ꝙ vna ex eis eligi
per ipsum ualeat & admitti. Primum ergo, qd̄ inducit
iurislator ut facilius eccl̄is prouideatur, fuit,ꝙ patroni
possint inter se ꝯuenire,ut alternis uicib.p̄ntarēt, & de
hoc late diximus s.in 1.par.huius.2.libr.in 4. q.prin. in
vlt.artic. Alter modus pro ꝯcordi,& ueloci prouisione
ecclę inductus a iurislatore fuit, ut patroni possint plu
res ad uacātem eccl̄am p̄ntare ꝑsonas vt vna ex eis eli
gi ualeat ꝑ ep̄m & admitti , ut h̄r ibi in §.quib. Certe
quilibet recte intuēs ꝯsiderata antiquorum doctorum
discordia & intricationib. allegatis ꝑꝑ quas uenit de-
claratio Clemētis,ipsam declarationem esse factā pro
sedādis litib.& sic eius duo modi intuēti ut facilius ec-
cl̄æ prouideatur,quæ rō repetit̄ in d.§.quib. in illis uer-
bis,ex eadē cā,& glo.declarat.s. facilioris,ꝓuisionis ec-
cl̄arū. Colligo ergo ex illo tex.iūcto prin.ꝯtinuato me
dio cum fine,illū tex.h̄re locū,cū p̄sentatio spectat ad
plures patronos,& loq de laicis p̄ronis,cū ibi loquat̄ de
h̄dib.in quibus iusp.trāsit.c.3.hoc tit.nō in iurep. p̄ro-
ni eccl̄astici , qd̄ nō trāsit ad h̄des sed ad successorē in
eccl̄a,& ex hoc pōdero duo ꝯ dicta per do. Car.in d. §.
quib.in 1.oppo.dicēdo illum tex.h̄re locum tā in patro
nis laicis q̄ in clericis duplici rōne.Primo, ꝙ cum dicta
littera illius text. nō distinguat,nec nos distinguere dē-
mus inter patronū laicū & eccl̄asticū,nā salua pace tā-
ti reuerēdissimi patris ille tex.loquit̄ clare in patronis
laicis,ad quos iure hæreditario deuenit iusp.per stirpes
& nō ꝑ capita,& licet gl. in uerbo patronos, in §. & vt
facilius.subiūgat oēs,non tamen subiunxit oēs,ut com
prehendat patronos laicos & eccl̄asticos , sed subiūxit
oēs,intelligendo de omnib.patronis illius ecclę,per in
sa quę allegat,quia in re communi & c.ergo oēs debēt
ꝯuenire ad illā ꝯcordiam,& cum postea subiūxit in fi.
§.quib.dēt intelligi.s.de quibus s. loquutus erat, & sic
de laicis. ergo patet expresse , iurislatorem distinxisse,
cum p̄termiserit patronos eccl̄asticos, & solum fuerit
loquutus de patronis laicis. Minime ēt militat alia rō
ibi posita per do.Car.uolentem illum text.§.fina.ita ꝓ-
cedere in patronis ecclesiasticis sicut in laicis ex identi
tate rōnis subuenire diuersis uotibus discordantium,
& ideo tenet cum Stepha.ꝯ gl.& Zenze. nam maxima
discordia intricata,quę allegabatur per doct.oritur ex
eo, quia succedunt in iurep.per stirpes & non ꝑ capita,
si.n.succederetur per capita,nulla esset discordia, quia
quilibet haberet vocem suam integram,& staretur vo
cibus maioris partis,uolunt.n.omnes docto. antiqui &
moder.ibi,ꝙ si succederetur per capita , nulla esset in-
tricatio,tunc sic, uideamus si iuspatro. spectat ad ꝑso-
nas ecclesiasticas,an habeant illud per capita , vel per
stirpes,& dicendum est,quod per capita,nam aut illud
spectabit particulari rectori, clarū est ad eum spectare
per caput, si collegio ecclesiastico quilibet habet vocē
suam per capita in collegio ,& quod fiet per maiorem
partem habebit locum.c.pe.de his quæ fi.a ma. par.ca.
Nisi diceremus ius.fuisse alicuius laici,& pro parte de-
uenisse ad aliquam ecclesiā ex successione, vel aliquo
alio titulo habili , & aliam partem remansisse penes
alios hæredes fundatoris, quod euenire potest, ut in c.
uni.lib.6. & nos diximus s.in 1.par.1.libr. in 1.q.prin.in
7.& 9.art.& in 1.q.prin.huius par.in 3.& 5. arti.& tunc
quamuis maius dignū trahat ad se minus dignū , adeo
ꝙ omnes censebunt̄ ecclesiastici, illud procedet in fa-
uorabilib.unde si fauorabilius aut eos censeri laicos,ēt
ecclesiastici censebūtur laici ratione mixturæ , & ideo
de eo non poterit se impedire legatus a latere.quāuis
si esset ecclesiastici solius,posset.c.dilectus.de offi. leg.
vt late diximus in d.1.q.princ. 1. lib.in 6.articu.ubi po-
suimus materiam mixturę,& illa considerati iuxta fa
uorabiliorē casum,ergo hoc casu patroni ecclesiastici
succedentes cum laicis in iurepa.non censebuntur ec-
clesiastici sed seculares,cum ratio illius text. procedat
etiam in religs,aut nulla est identitas rōnis,vt Car.uo
lebat. Hoc sic p̄suppposito,& sit tex.d.§.fi.loqui solum ĩ
laicis patronis,non est dubium,si sunt unus vel oēs pos
se remittere seu præsentare sub hac forma ,præsento

quẽ talis præſentabit, ex quo hoc in illo tex. tractat̃, & ex alijs p̃nos deductis. s̃. in 5. pręce. art. & hic ſit caſus il lius articuli. Nõ eſt ẽt dubiũ, unum p̃ronum ſiue iuſpa. ſpectat ad eũ ſolũ ſiue plures pro toto iurep. ſeu ꝓ portione ſua poſſe p̃ñtare alternatiue, nõ ꝙ hoc probet̃ in illo tex §. fi. quia ille tex. nõ loquit̃ in vno ſibi p̃rono ſed in plurib. ut s̃. pręmiſimus, ſed hoc ꝓbatur illa rõne, nã cũ p̃ronus laicus poſſit uariare duos ſucceſſiue p̃ñtãdo accumulatiue tñ. c. ꝙ aũt. & c. cum aũt. & c. paſtoralis. hoc tit. & epicopus hẽt inſtituere certo mõ ſeruato a s̃ de ſuo ꝓuidebit primo, in d. c. paſtoralis, q̃to magis poterit ſimul p̃ñtare alternatiue iſtũ, vel iſtũ, & remittet̃ electio ep̃o? Certe multo magis. Nec ob. c. 2 de ele. li. 6. ubi ꝓhibet̃ alternatiua electio: q̃a ibi agit̃ d̃ m̃rimonio ſp̃uali ↄtrahẽdo de præſenti, ubi requiritur purus con ſenſus: in p̃ñtatione aũt de futuro ubi põt ↄſẽſus alter natiuus remiſſus in p̃ſonã alterius interuenire ibi, ubi dixit Lap. in alle. 75. caſus talis eſt poſt prin. 3. col. fol. 27. Clarũ eſt, ẽt plures p̃ronos laicos poſſe p̃ñtare quẽlibet ſuum & quẽlibet ipſorum duos: quia uidẽtur accumu latiue p̃ſentare & remittere electionem ep̃o, & hoc ꝓbat̃ ex. d. §. fi. & hic erit caſus. 6. arti. pręced. Inſuper poterunt laici cõpromittere p̃ñtationem, & hoc ẽt poteſt probari ex illo tex. §. fi. & hic erit caſus ꝓxi. ſeptẽ p̃ced. art. licet hoc melius probetur per. c. cãm, & p. c. in cau ſis. de ele. & p. c. ſi compromiſſarius. eo. tit. lib. 6. ut diximus ibidem in fi. in uer. 6. eſt aduertẽdũ, per arg. a ma iori. nã ſi electio multo magis & p̃ñtatio compromitti põt ut ibi. Itẽ ſi plures ſint laici, & p̃ũtãt duos ſimul al ternatiue, vel plures, procedet eorũ p̃ñtatio, & hoc probat̃ in tex. d. §. fi. ubi reuera plures erãt p̃roni, & ut s̃. uidiſtis in prin. p̃ñtis art. oẽs doc. ↄcludũt, ſiue p̃roni ſint plures, ſiue unus: laici tñ eos poſſe p̃ñtare alternatiue plures, & ita illũ tex. intelligit gl. ibi in uerbo p̃ñtare. illum tex. hr̃e locũ in plurib. p̃ronis laicis, vel clericis rõne p̃rimonij, nõ aũt in p̃ronis eccl̃aſticis ratione eccl̃ę.

7 ¶ †Omne dubiũ ergo eſt, q̃d in p̃ronis eccl̃aſticis ratione eccleſię, an poſſint altero de p̃dictis modis p̃ñtare, & pręſertim alternatiue, & (ut uidiſtis) gl. Zenze. & Mart. ibi uolũt ꝙ nõ, & hoc ẽt tenet Phil. in d. c. inter cætera. in vlt. col. p dictum Inn. & Abb. in c. cũ aũt. hoc tit. uolentium p̃ñtationem p̃ronorũ eccl̃aſticorũ eſſe idẽ cũ electione, ſed in electione nõ procedit. c. 2. de ele. lib. 6. ergo nec in p̃ñtatione p̃ronorũ eccl̃aſticorũ. Steph. vero & Cat. quos ſequit̃ Roc. & vr̃ ſeq Pau. de Cita. licet nõ firmet pedes in locis s̃. alle. tenent ↄ̃riũ. ſ. d. §. fi. hr̃e locũ ẽt in p̃ronis eccl̃aſticis, & dicit Roc. hoc in effectu ibi ſequi Io. de Imo. & ipſe Roch. r̃ndet ad rõnẽ p̃dictã, p̃ñtationẽ eccl̃aſtici hr̃e uim electionis quo ad hoc, ut nõ poſſit a p̃ñtatione ſua uariare, queãdmodũ nec ab electione, quo ad reliqua uero non, ut oĩa s̃. retulimus. Quid dicẽdũ in hac difficultate? Diſtinguã caſus ut cla

8 ra hẽatur intelligẽtia. ¶ †Et ſic dico primo ẽt p̃ronũ eccl̃aſticũ poſſe p̃ſentare hoc mõ, pręſento quẽ talis pręſentabit, & ſic dicta s̃. in 5. arti. ꝓcedere tã in p̃rono laico q̃ in eccleſiaſtico, non ꝙ de patrono laico probet̃ in d. §. fi. ſed quia hęc eſt q̃dam delegatio, vel mandatu de præſentãdo, ꝙ fit per aliquẽ p̃ronũ alicui uelut procuratori, & fieri põt, vt in c. fi. de ↄceſ. p̃b. & diximus late s̃. in 1. par. huius. 2. li. in 4. q. prin. per totũ & iõ in d. 5. ar. diximus, in eo caſu hr̃e locũ oĩa, q̃ hñt locũ in procuratore, maxime quoad reuocationem, vel illud fit ad inſtar ↄ̃promiſſi, q̃d fieri põt, vt diximus in proxi. pręced. art. Secũdo dico, p̃ronos eccl̃aſticos poſſe p̃ñtare quẽlibet ſuũ corã ep̃o ſeu inſtituere habente, ut ex illis eligi ualeat unus per ep̃m & admitti. Aduerte: q̃a dixi quẽlibet ſuũ, & ẽt quẽuilibet plures, & dixi, s̃. in laico, quia in eo potui hoc dicere, cũ poſſit uariare accumulatiue tñ. d. c. ꝙ aũt. cũ aũt, & paſtoralis. hoc tit. eccleſiaſticus uero nõ põt vt no. in d. c. cũ aũt. item laicum hoc agere poſſe. probatur in d. §. fi. clericum uero non, cum de eo non loquatur ille tex. ut s̃. diximus, ſed ꝙ ſinguli patroni eccleſiaſtici præſentent ſingulum, poſſumus dicere hoc probari ex identitate rationis non ex illa cã intricationis, quę uenit ex ſucceſſione per ſtirpes: cũ illi habeãt iuſpa. per capita, vt s̃. diximus, & ſic non illa rõne ut uota ↄcordentur, ut dixit do. Car. ſed ea rõne, vt citius nõ dico facilius eccleſię prouideat̃. nã rõ, ut facilius, eſt ſeparata a rõne vt citius, includit tñ in ſe rõnẽ: ut citius in laico, ergo eſt rõ: ut facilius, & citius in clerico uero: in hoc tamen caſu erit ſola rõ, ut citius, quæ ex illo tex. comprehenſiue colligit̃, ut mõ demonſtrauimus, & tunc ſuccedit reg. §. affinitatis. inſti. de nup. & uerbum plures p̃ſonas, in d. §. fi. appoſitum in hoc caſu non uerificatur: ut quilibet poſſit p̃ñtare plures, vt uerificatur in laico, ſed ut poſſint p̃ñtari plures a plurib. patronis, quemlibet p̃ſentando ſuum: q̃a hoc mõ non dicent ipſi p̃roni eccleſiaſtici uariare, & in hoc caſu poſſet ſaluari Car. licet re uera nõ ita loquat̃, ut ex eius uerbis patet, & ita eum intellexi & tenui in hoc caſu, s̃. in

9 6. pręce. art. ¶ †Tertio poſſumus ↄſiderare caſum, puta q̃a p̃roni eccleſiaſtici compromitterent p̃ñtationẽ, & tn hoc nõ eſt dubium, iſtud per eos fieri poſſe, cũ & electores cõpromittere poſſint electionem. c. cãm. & c. in cauſis. de ele. & c. ſi compromiſſarius. eo. tit. lib. 6. & an ꝓbetur ex. d. §. fi. dic: ut diximus ꝓxime in laicis, & ẽt in pręce. art. illum tex. aliqualiter hoc probare, p̃ſertim iuncta gl. in uerbo p̃ronos, in §. & vt facilius, q̃ vult oẽs dr̃e ↄuenire: q̃a in re cõi &c. uã unius ↄ̃dictio annullares ↄpromiſſum, ut diximus in proxi. pręced. q. prin. in 17. art. ¶ †Quarto poſſumus ↄſiderare caſum, ſi patroni

10 eccleſiaſtici uellent p̃ñtare plures alternatiue, & hic eſt terminus art. nr̃i, & hoc põt ↄſiderari dupl̃r. Primo mõ ſi iuſp. ſpectaret ad unũ p̃ronũ eccl̃aſticum, & non eſt dubiũ, hũc caſum nõ ↄprehendi in d. §. fi. q̃a ille tex. nõ loquit̃ in uno p̃rono habente iuſ. & p̃ſentãte, ſed in plurib. inſimul iuſp. habẽtib. & p̃ſentãtib. & s̃. demonſtrauimus clare: ſed an unus p̃ronus eccl̃aſticus poſſit alternatiue p̃ſentare, ſtatim proxime dicemus, ſufficit nũc dicere de illo caſu illũ tex. nõ loq. Si uero fuerint plures p̃roni eccl̃aſtici, puta quia plures eccl̃æ q̃libet ex cã ſua hẽt iuſ. in alia eccl̃a, & rectores illarũ poterũt q̃libet ſuũ p̃ſentare, ut proxime diximus in ſo caſu: ſed ſi eſsẽt plures nõ vt ſinguli ſed vt uniuerſi, q̃a iuſp. ſpectaret ad collegiũ, q̃d collegiũ eſſet diuiſum in duas partes, q̃a una pars, puta medietas uellet p̃ſentare unũ, & altera medietas alterũ, & tunc cenſerent̃ duo collegia, & iõ poſsẽt duos p̃ſentare, vel pute q̃libet ſuũ, & eſsẽt attendenda maiora merita p̃ſentatorum ut in ele. dr̃. aut ↄuenirẽt, vt alternatiue fieret p̃ſentatio: quia dicerent, nos p̃ſentamus hunc, & alij dicerent, & nos iſtũ, inſtituas quẽ uelis, & iſta nõ eſſet uera alternatiua, ſed eſſet quaſi idẽ caſus cũ ſo s̃. poſito, & ꝓcederet hæc præſentatio ut ibi ↄcluſimus, & ꝓbaret̃ hoc ex. d. §. fi. ex illa rõne: ut citius ꝓuideat̃ eccl̃æ. Si uero ambę partes dicerent tanquã oẽs & non ſeparatim: quia ſumus in diſcordia in iſtis duob. p̃ñtandis, p̃ñtamus iſtũ uel iſtum, inſtituas quẽ uelis, ex quo oẽs habent ꝓ una p̃ſona, nã collegiũ unã repręſentat p̃ſonã ficta. c. ca noſcit̃. de his quę fi. a p̃la. & dixit Car. poſt Lap. ĩ d. §. fi. in 3. q. uideret̃ dubitãdũ, quia hęc ficta p̃ſona, diceretur uariare hoc caſu, & tñ inſpecta origine cẽſebitur idẽ, ac ſi fuiſsẽt duo collegia, & iõ dicendum ut in p̃ced. mẽbro & in ſeq. caſu. Si uero iuſp. ſpectaret ad duo collegia, quia cenſerẽtur duæ p̃ſonæ fictæ, & hẽbit locum q̃d proxime diximus, ut poſſit quodlibet collegium ſuum p̃ſentare, & licet do. Card. poſt Lap. in d. §. fin. in 3. q. ſimpliciter ita ↄcludat. Tamen ego diſtinguerem in duobus perſonis eccleſiaſticis illum text. habere locum, non ſolum vt quælibet ipſarum poſſit præſentare ſuum, ſed etiam vt quælibet poſſit pręſentare duos, ut diximus ſupra in laicis. In collegijs uero eccleſiaſticis dico illum tex. habere locum, non ſolum ut quælibet ipſarum poſſit pręſentare duos, ut diximus ſupra in laicis. In collegijs uero eccleſiaſticis dico illum text. habere locum ex ratione ipſius, ſcilicet ut citius prouideatur eccleſiæ, vt q̃dlibet collegium poſſit præſentare ſuum, non aũt ut q̃dlibet collegiũ poſsit p̃ſentare duos, quia induceret̃

uariatio

variatio, q̃ eſt ꝓhibita cuilibet pr̃ono eccleſiaſtico. c. cũ
añt. hoc tit. & ſic cuilibet collegio cũ repr̃ter vnã pſo-
1 nam. d. c. ea noſcit. de his q̃ fi. a pla. ¶ † Reſtat igit̃ diffi-
cultas oĩs in hoc, an pr̃onus eccleſiaſticus, ſiue hñs pſo-
nã verã, puta Petrus, ſiue fictã, puta collegiũ, poſſit pñta
re alternatiue. hoc mõ videlicet, q̃a Petrus ſeu maior
pars collegij eccl. diceret hñti iſtituere pñtato talẽ, uel
talẽ, inſtituas quẽ uelis, & tũc eſt aduertand. nã aut ſub
iungit illa uerba & dẽnt ſubintelligi: q̃a aliàs eſſem in-
certa pñtatio, & nõ ſubſiſteret, & iõ dicemus oĩno illã
certã ſed alternatiuã, q̃a vere uoluit alterũ de duob. eſ
ſe pñtatũ, & iõ illũ quẽ iſtitutor inſtituet. Hac declara-
tione facta r̃ndeo difficultati, & dico opiniones eſſe ɔ̃-
rias, ut. s̃. vidiſtis, & opin. gl. & Zenzelini fulciri optima
rõne: quia negari nõ põt pr̃onũ eccleſiaſticũ pñtando
duos licèt alternatiuè variare tñ. Et ex hoc infero ſolu
tionẽ. D. Roc. datã ad illud motiuũ, pñtationẽ eccleſia
ſtici patroni hr̃e vim electionis ꝙ illud ꝓcedit quò ad
hoc, ut non poſsit variare, nã quò ad reliqua eſſe malã:
q̃a in hoc eſt pñtatus, & difficultas, ex quo nil aliud eſt,
duos alternatiuè pñtare, niſi variando accumulare. Et
iõ dato ꝙ pñtatio eccleſiaſtici pr̃oni nõ eſſet uera ele-
ctio, cũ nõ ſit: q̃a ꝑ electionẽ ɔ̃hit̃ mr̃imoniũ ſpũale ꝑ
uerba de pñti, ꝑ pñtationẽ verò ꝑ uerba de futuro, ut ſę
pe s̃. dixi. tñ ſufficit nobis illa fundamẽtalis rõ, pñtatio
nẽ de duob. ſimul factã licet alternatiuã eſſe variatio-
nẽ accumulatiuã: q̃a variatio accumulatiua põt fieri
& ſimul vnico ɔtextu & ſeparatim ſucceſsiuè, ut clarè
dixit gl. in uerbo pñtare, in d. §. fi. ꝑ quã rõnẽ mouet̃ ad
tenẽdã hãc opinionẽ. idẽ. n. eſt, duos in ſimul pñtare ac-
cumulatiuè, & duos ſimul pñtare alternatiuè, q̃a oĩno
in vtroq; caſu eps̃ inſtituet quẽ ſibi uidebit̃. Et ſi dicere
tur, in alternatiua hẽt liberã electionẽ eps̃, in variatio-
ne accumulatiua nõ: q̃a ſi ſine cã nõ inſtituit j. tene-
bit̃ de ſuo prouidere, ut in c. paſtoralis. hoc tit. r̃ndet̃, il-
lud hr̃e locũ in variatione accumulatiuè facta ſucceſsi
ue: q̃a in ea eſt dare primũ & ſm, ſed ĩ illa facta vnico
cõtextu nõ eſt dare primũ & ſm, ſicut nõ eſt dare in al
ternatiua, ergo idẽ eſt variatio accumulatiua uno ɔtex
tu facta, & pñtatio alternatiua: cũ fiat vnico contextu,
& e ɔ̃, ſed variatio prohibita eſt pr̃oni eccleſiaſticis, er-
go & alternatiua pñtatio. Cũ igit̃ hæc rõ ſit viua, & rõ-
nes Car. ſint mortuę, ut s̃. diximus, concludendũ eſt cũ
Zẽze. Matth. gl. Io. An. iuris canonici luminis, & dom.
Fely. eiuſdẽ iuris illuſtratoris ɔ̃ do. Car. Imol. & Roch.
& ſic pr̃onos eccleſiaſticos non poſſe duos alternatiue
pñtare. Dicerẽ bene vnũ, qđ puto veriſsimũ, & in hoc
poſſet ſaluari ɔ̃ria opinio: nã nos s̃. in 1. par. huius 2. lib.
in 10. q. prin. in 4. ar. cõcluſimus, ꝙ quãuis pr̃oni pñtent
indignũ ignorãter, uel nõ idoneũ, quo quo modo poſ-
ſint iterũ pñtare, hoc ꝓcedit, ut ẽt in proxi. præced. art.
diximus, ſi ſupereſt de tpe dato a iure ad præſentandũ,
ſed ſi non ſupereſt: q̃a ſe arctarunt ad fi. illius tpis, quã-
uis ex p̃ſentatione ꝑ eos facta de nõ idoneo uel de indi
gno ignoranter, ex quo nõ eſt culpa nõ priuentur ite-
rũ pñtare: tñ illud dẽt intelligi, ſi ſupereſt de tpe, ſed ſi
nõ ſupereſt. licet non priuent̃ ex illa culpa, priuant̃ tñ
ex culpa negligentiæ, & iõ ɔſiderarẽ, ꝙ ſi eſſet caſus: q̃a
pr̃oni eccleſiaſtici uellent p̃ſentare aliquẽ, & dubitarẽt
de indignitate, uel nõ idoneitate illius, & ne illa mani
feſtatet̃ in fi. termini dati ad pñtãdũ, adeo ut ea poſtmo
dũ declarata nõ ſupereſſet de tpe eos poſſe pñtare, hoc
mõ nos pñtamus Titiũ, & ſi forte repitet̃ indignus, uel
nõ idoneus, p̃ſentamus Ioannẽ, nã hoc mõ ꝓcederet
p̃ſentatio, licet re uera hæc præſentatio non eſſet alter
natiua proprie ſed cõditionalis, & ſucceſsiua, ɔditiona
lis q̃a dubitabant de meritis primi p̃ſentati. ſucceſsiua:
q̃a ꝙ poterat facere ſi ſuꝑ fuiſſet tp̃s: facit ex nũc ſucceſ
ſiue, ſi tp̃s nõ ſupereſt. Poſſet & alio mõ alternatiua ꝓ-
cedere, puta ſi pr̃onus eccleſiaſticus non pñtaret, ſed li
mitatã dare ptãtẽ alicui, ut pñtet talẽ, uel talẽ: q̃a non
poſſet pñtare alios niſi unũ ex eis eligere & illũ pñtare,
ꝑ ea q̃ dicũt doc. in c. fi. de cõceſ. præb. nota iſta q̃a uera
& intacta. & ꝑ ſcribẽtes ſuꝑ. d. §. fi. cle. plures. hoc ti. nũ-
quã conſiderata & faceret magnũ honorẽ alicui publi
cè legenti. d. §. reliqua. circa illum tex. uide in ſeq. arti.

¶ Nonus ar. 3. q. prin. ij. Par. ij. Libri.

1 *Conditio nihil ponit ineſſe.*
2 *Electio conditionalis, cui ineſt conditio, tenet.*
3 *Præſentatio conditionalis incerta, dubia & obſcura valet, dummo do conditio purificetur, incertiudo, & dubietas certificetur, & obſcuritas clarificetur intra tempus datum ad præſentandum, quod procedit tam in patrono laico quàm eccleſiaſtico. numero. 4. & 5.*

Et ex prædictis oritur. 9. art. an pr̃onus poſſit pñtare
ſub conditione, & Lap. in d. alle. 8. ſol. 3. vr̃ ſenti-
re ꝙ ſic, dum dicit. c. 2. de elec. li. 6. nõ hr̃e locũ in pñta-
tione. hoc idẽ vr̃ ſentire Gemy. in d. c. 2. in uer. oppone
ſecũdo. Roch. in hoc trac. in uerbo honorificũ. in 8. q.
q̃rit de hoc, & dicit ſe credere ɔ̃riũ: q̃a pr̃onus dẽat re-
alr̃ p̃ſentare ĩ. tp̃s a iure ſtatutũ. ita decidunt Io. An. &
Abb. in c. fi. hoc. tit. inde dicũt, nõ ſufficere patronum
turam nulla præcedẽte collatione, quia dicit superior,
forte capiendo anulum, uel biretum, inuestio te de ta-
li beneficio, & tũc talis inuestitura idem est proprie ꝙ
collatione. qñque prius præcessit pñtatio, uel electio,
& tunc inuestitura censetur instõ, uel confirmatio, qñ
que prius non solum pręcessit pñtatio uel electio, sed
ẽt præcessit instõ, seu confirmatio, aut mera collatio,
& sequitur inuestitura puta per anulum, uel per bire-
tum, uel quid si͡e, & tunc si fit talis inuestitura in ab-
sentia illius rei, quæ inuestitur, & tunc est quasi ꝯfirma
tio iuris præcedentis. & est relinquere quasi beneficiũ
in suis manibus, nam uř superior quantum in eo est, il
lud bñficium in inuestitum trãsferre, uñ poterit appre
hendere possessionem propria auctoritate, sed per illã
inuestituram nõ transfertur possessio corporalis, quia
requiritur in apprehensione ipsum corpus, nisi aliud
habeat consuetudo, iuxta ea quæ hñt in c. 2. de cõsue.
& p inn. in c. cum literis. de resti. spo. sed si fiet in pñtia
beneficii, & nullus alius est in possessione illius, tũc per
inuestituram transfertur possessio corporalis. arg. l. qđ
meo. ff. de acq. pos. & no. in d. c. ex transmissa. de ele. &
in d. c. 2. de consue. & ita Abb. concordat gl. ꝯrias in c.
auctoritate. de insti. sequitur ẽt dicta Io. An. Rota pul-
chra. 441. fuit dubitatum. in tit. de inst. in nouis, q̃ late
6 ponit dictam theoricam Io. An. q̃ uult† inductionẽ, &
in possessionem bñficii, puta inuestiturã factam ab eo
q habuit ptãtem ꝯferendi uim collationis hr̃e: quam
ẽt demonstrat omnis uerbalis uel realis actus, per quẽ
possit constare de mente conferentis, ex quo in colla-
tione non exigitur certa uerborum forma, ita summa
uit illam decisionem collector Rotę, q̃ Rota mota fuit
per distinctionem Io. An. de qua sup. quam dicit fuisse
prius Compost. in d. c. ex transmissa. de ele. Ex cuius Ro
tæ uerbis, & Io. An. clare patet, ꝙ si nulla præcessit col
latio, uel instõ, inuestitura hẽbit uim uerbalis, & actua
lis collationis, seu instõnis & traditionis iuris, si uero
cessit eã collatio seu instõ, tunc est fact. & sic actuali-
tas illius iuris qđ p̃cessit nullum ius tribuens, sed pri-
mum ius exequens. An aũt per inuestituram transfe-
ratur possessio, dicemus ĩ. in 8. seq. art. Vñ ex prædictis
oĩb. ꝯfirmo & demonstro ueram & magistralẽ docti-
nam. d. Gof. ꝯciuis mei sup. in prin. relatam. dic ergo in
stõnem, de qua nos quærimus, posse fieri solo uerbo,
sed eius actualitatem consistere in inuestitura, uñ cũ
instituens dicit, instituo te ad pñtationem talis in tali
bñficio, hæc est uerbalis instõ, sed cum prosequitur de
dicto bñficio te instituo per nostrum anulum uel per
impositionem bireti, & traditionem libri &c. hęc est
actualitas instõnis, quę inuestitura dr̃, de iure. n. in ex-
tracto tibi dato. s. tituli te actualiter inuestiuit, & sic so
let fieri instõ, & inuestitura simul, seu collatio, & inue-
stitura simul, seu confirmatio, & inuestitura simul: nã
ex p̃dictis oĩb. necessariis circa pñtationem & eius pro
cessum, de quib. late diximus sup. in 2. par. huius. 2. lib.
per totum, & lata sñia pro instituendo, ut ibidem in ul
ti. q. prin. dictum fuit, fit actualis instõ, nam instituen-
do genuflexo manente coram habente instituere insti
tuens dicet, quia pñtatus fuisti p talẽ ad tale bñficium
& ꝯstitit nobis de iure ipsius, & de idoneitate tua insti-
tuimus te in illo, de quo per nostrum anulum aureum
te inuestimus, ut moris est &c. & sic in hoc hẽmus uer-
balem & actualem instõnem, q̃ fit p inuestituram: ut
iam supradictum est. Et nota perpetuo, quod dicit Ro-
ta prædicta 441. fuit dubitatum. de insti. in nouis, huius
modi collatione, & institutione, & similibus non exi-
gi certam uerborum formam.

¶ Secundus art. 21. q. prin. iij. Par. ij. Li.

1 *Scriptura non est de substantia institutionis.*
Sed ad cautelam præsentati & præsentantium.
2 *Casus in quibus scriptura sit de substantia.*

1 Et ex his deciditur. 2. artl. † an in ista instõne requi-
rantur ꝑsonę publicæ, ut de illa actum conficiãt
& sic an requiratur scriptura de substantia instõnis. de-
cisio huius articuli colligitur ex ꝓx. dictis in p̃ced. art.
nõ requiri aliquã formã uerborũ in instõne, si nõ req-
ritur forma, ergo nec scriptura de substantia p̃sertim,
2 cum nec casus sit annotatus in gl. c. 1. de censi. li. 6. † q̃
enumerat casus, in quib. requirit̃ scriptura de substan-
tia, nisi scriptura requireretur pro cautela instituti, ut
pro cautela pñtati & pñtantium, bonum est de pñtatio
ne fieri scripturam, ut late dixim. s̃. in 2. par. huius 2. li.
in 3. q. prin. in 12. & ultimo art. ubi omnino uide, quia
omnia ibi dicta faciunt pro præsentati art.

¶ Tertius art. 21. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Probatur gratia apostolica solum per litteras.*
2 *Probatur institutio seu collatio episcopi per litteras ipsius, & etiam per testes. nu. 3.*
4 *Probatur per testes inuestitura feudi facta per inferiores a rege, facta autem per regem per scripturam.*
5 *Probari non possunt sine literis sedis apostolicæ promotiones factæ in curia.*

Et ex proxime dictis deciditur. 3. art. qui est, an ista
instõ seu inuestitura probari possit per testes abs
que scriptura & per quas scripturas & de gratia aposto
1 lica † ꝙ non probetur nisi p litteras hr̃ p Archi. & Io.
An. in proœmio 6. lib. & tangitur in cle. dudum. de se-
pul. & uoluit Rota 332. licet Ro. Cu. de proba. in nouis
quæ tñ uult circumstantias gratiæ puta certa scientia
papę bñ posse per testes probari, de qua ẽt fecimus mẽ
tionem sup. in 9. q huius par. in 15. art. Quo uero ad ca-
2 sum nostrum dic† instõnem epi posse probari p ipsius
instituentis litteras, ut diximus, pñtationem ẽt proba
ri posse, ut uoluit pulchre Rota. 423. sed retento eodẽ
themate sub ti. de insti. & de iurep. in nouis. in qua nul
la est difficultas, an probetur instõ p ipsas litteras. sed
difficultas erat, an probetur pñtatio, de qua late dixi-
mus in 2 par. huius a. li. in 10. q. prin. in 7. art. ubi late de
3 hoc. ¶ † An uero hæc instõ, seu collatio probari possit
per testes, uoluit Rota. 780. collatio alicui, de proba. in
antiquis. aperte ꝙ sic, quã semper nota, q͞a non inueni
4 ita expresse alibi, † & ꝙ inuestitura feudi, quæ fit per in
feriores a rege possit ꝓbari p testes, uoluit text. in con-
stõne regni ꝓbationum defectum. in 2. li. consiõnum
in rub. 35. ubi pulchre D. Ma. de Afflictis mod. Neap. in
3. no. inuestitura tñ feudi facta per regem debet proba
ri per scripturã, ut uult gl. in uet. instrumẽta, & ibi Af-
flictus in const. si dubitatio, q̃ est in 3. li. ꝯstõnum, r rub.
5 8. qđ uř esse ad instar gratiæ papæ, ut sup. dixim. ¶ † Et
promotiones, q̃ fiunt in curia, non pñt probari absque
ipsius sedis apostolicæ literis, nec debent accepiari ad
administrationem, nec prouisis absq; dictarum litera
rũ ośsione debet pareri, ut est pulchra extrauag. Boni-
facij. VIII. q̃ emanauit post sextũ, in ti. de ele. q̃ incipit,
iniunctę nobis debitũ seruituris a Deo, ꝙ iterum, ꝙ lite
ræ ośdant, q̃uis ecclesiis sit ꝓuisũ p sedẽ Aplicam, dñr
uacare, ut uoluit pulchræ. D. Fel. in c. 1. in 1. col. de pic.
ubi

ubi exclamat de prædicta extran. Bonifacii. Poterit ēt probari collatio, seu instō p instrm, ut late dixi. in d. 2. par. hu. 2. li. in 10. q. prin. in 7. ar. soli tñ uerbo epi nō stat retur, ut in d. Rota. 423. sed retento eodem themate sub ti. de insti. & de iure p. in nouis. si uerteretur præiudicium alterius. cum hoc casu nec Cardinali crederetur ut uult Rota. 714. nō credit. de pba. in antiquis. & licet epo solo credat in foro seculari ex priuilegio imperatoris, nō tñ sibi creditur in foro ecclesiastico, ut uoluit Inn. & post eū late D. Fel. in c. nuper. de testib. & ex pdictis hēs collationem papæ non posse pbari nisi p scripturā. collationem uero, seu instōnem epi posse pbari per instrm, & alias probantes scripturas, & ēt p litteras suas & per testes. per eius uero solum dictum oō in præiudicium alterius, sed solum in preiudicium.

¶ Quartus art. 10. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Inuestiri an quis possit per alium.*
2 *Practica conferendi seu instituendi.*
3 *Sanguinis coniunctio non supplet speciales defectus mandati.*

1 Dubitatur 4 † an quis institueri possit pñs uel absens per alium, siue alius pro eo & Goff. in su. ti. de instōnib. dicit φ sic, p c. accedens. de pb. & sic dici pōt aliquis per alium inuestiri & conferre. de pb. dilecto. & de ɔcef. pb. ɔfutur. & si is q interponitur mandatum hēat ab illo qui instituitur quæret ꝑprietatem & possessionem absenti. C. de acq. pos. l. 1. si hoc gerat, ille q interponitur & is q mandauit. uel saltim qui mandauit, ut ff. de do. l. qui mihi. alioquin tūc demum quæritur absenti possessio & proprietas, cum ei possessio fuerit tradita, ut ff. de acq. re. do. l. res ex mādato. sed is qui recipit nomine absentis mandatum habeat, tunc quærēt absenti possessio & proprietas, cū ratum habuisset. ff. de neg. gest. l. si ego. & idem uult Hos. in sum. d. tit. de insti. in fi. §. qđ ius. ubi dicit, institutum pñrialiter acquirere titulum & auctoritatem nanciscē di possessionem corporalem, secus si instituitur absens ut ibi per eum. Abb. uero in d. c. accedens. de pb. colli-
2 git ex illo tex. † duplicem practicā conferendi, seu instituendi. prima est, ut dicat superior, conferimus, seu inuestimus talem absentem de tali beneficio per se. secūda practica ut inuestiatur alius p absente hoc mō, inuestimus te de tali bñficio noīe talis absentis, & dicit hāc practicam magis placere papæ, ut colligit ex uerbo magis, ibi posito. i. d. c. accedens. Quē tex. dicit Abb. posse addaci cum quærit practica, ut dñium alicuius teqnitrat absenti sine cessione facienda per procuratorem 1 nam pōt dari absenti p ꝑcuratorem uel ꝑcuratori nomine absentis. & pro hoc adducit bonum tex. in l. qui mihi donatum. de do. ubi dicit Bar. allegare. d. c. accedens. Postea Abb. ibidem explicat materiam tā d. c. accedens. q̄ d. c. si tibi absenti. de pb. li. 6. distinguendo, φ aut mediante aliqua persona. ¶ Primo casu p illā instōnem nihil acquiritur absenti, uñ nō pōt dicere absens bñficium esse suū, anteq̄ illud acceptet. ut in d. c. si tibi absenti. in l. absenti. ff. de don. in l. qui absenti. ff. de acq. pos. tñ cōferens non pōt retrocedere a collatione illa, donec absens declarauerit animū, ut est tex. sing. in d. c. si tibi absenti rōne cuius notanter posuit Bar. in d. l. absenti, non. n. est specialein beneficiis, sed in quibuscū que iurib. illud ꝑcedit, qō iura deferunt p eū q hēt eligere, ɔferre, seu instituere tanq̄ officialis: nā functus est officio suo, eo ipso φ elegit ipsum absentē. Secūdo casu principali qñ collatio fuit facta aliqua psona mediāte aut in illa psona media non hēbat mandatum, aut sic primo casu non acquiritur absenti, quia requiritur animus. p hoc l. si ego. & qđ ibi no. ff. de ne. ge. nā negociorum gestor non acquirit dñium absenti, nisi a tpe quo dñs habuit ratū, ut no. in d. l. si ego. & est bona glo. menti tenenda in c. q̄ sit. de ele. lib. 6. quę uult in istis spiritualibus posse interuenire negotiorum gestorem, sed debere dñm hēre ratum infra illud tps, infra qđ tene

batur ipse declarare animum suum. all. l. pen. ff. rem ratam hñ. & pone exemplum ut in d. gl. ¶ Tertio casu qñ persona media hēbat mandatum, aut hēbat mandatū gñale, & non sufficit in istis beneficialib. nec in aliis spiritualib. quia in his requiritur spāle mandatum, tñ pp qualitatem rerum, tum pp præiudicium, ut dñt seniū, se ibi doc. de doc. de Rota, deci. 84. & dicit esse uidenda, quę ipse dixit in c. curam. de offi. deleg. Et ex hoc infert ad unum dictum notabile, coniunctam personam nō posse acceptare beneficium pro coniuncto ad hoc ut con-
3 iuncto statim acquiratur, † quia coniunctio sanguinis non supplet speciales defectus mandati, ut in l. pater. ff. de mino. & aperte uoluit Inn. in d. c. accedens. & do. de Rota ubi sup. & Spe. in tit. de coniun. perso. Si uero habebat mandatum speciale, tunc beneficium quærit absenti, siue absens inuestiatur per procuratorem, siue procurator nomine absentis. ut in d. c. accedēs, & arg. in l. 1. C. de acq. pos. & in l. 1. § per procuratorem. ff. eo. t i. & procedat hoc, siue sit deputatus procurator ad acceptandum certum beneficium, siue incertum, qa satis hoc apparet de intentione dōi constituentis, qđ dicit sentire D. Io. An. ibi, & hoc esse quotidianū. Et ibidē Abb. super gl. colligit ex ea iuncto tex. matrimonium spūale ēt large sumptum posse per procuratorem fieri, & ibi quid de professione ut ibi per eum. Tu uide de ꝑdictis Dom. in d. c. si tibi absenti. I 5. col. super gl. 3. ubi late et de hac materia, nolo istam ingredi, uide in prædictis iurib. & istis adde quæ diximus supra in 1. par. huius 2. lib. in 11. & ult. q. prin. in ult. ar.

¶ Quintus art. 10. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Inuestiri an possit laicus pro absente, ubi quōd sic.*
2 *Dictio alius, facit positionem eiusdem qualitatis regulariter.*

5 Contingit ex prædictis dubitari quinto † nunquid iste qui recipit inuestituram p absente possit esse laycus. Abb. in d. c. accedens. in ul ti. col. in uer. sed q̄ro nunquid. q̄rit de hoc, & dicit quosdam, ut Egidium, tenuisse φ nō † & mouebat per dictio-
2 nem alius, q̄ facit positionē eiusdē qualitatis ad uerbū clericus, qđ pmittit. Sed in ɔtium dicit facere no. in ca. sedes. de rescri. dictionem alius, non semper facere positionem eiusdem qualitatis cum pcedētib. iuxta illud, Christus crucifixus est & alii duo latrones cum eo. Dicit tñ Io. An. & cōiter doc. sequentes concludere, φ licet tutius sit constituere clericum, si tamen cōstituit laicus satisfactum iuri, arg. c. 1. de procur. li. 6. laico pñ ti nihil acquiritur, sed transit istud ius spūale in dñum, sicut aqua per canale lapideum, & ita putat Io. An. qñ quis hēt gratiā cum bñficio acceptan. nam tunc pōt qs constituere laicum ad acceptandum beneficium certum, & dicit Abb. de hoc nō esse dubiū, qa est idē cum casu pcedenti. Sed magis dubium dicit esse, qñ constituitur in gñea d acceptādum beneficium uacaturum qđ sibi uidebitur, sed idem putat in hoc casu, quia non auctorizat in eo casu laicus, nec sibi aliquid acquiritur & tenere ɔrium posset esse multum præiudiciale, forte . n. non habet hominem fidelem, de quo bene cōfidat nisi certum laicum: & ita concludit ibi Abb. post Ioā. An. quem ibi oēs sequuntur. Certe hæc est cōis opinio. Sed de hoc ultimo casu posset dubitari per ea, quæ diximus late sup. in 2. par. huius 2. lib. in 3. q. prin. in 7. articuli concludimus, in laicum non posse compromitti præsentationem, ex quo disponebat materiam ad institutionem quæ est mere spiritualis, quod uidetur esse etiam in casu nostro, cum acceptatio perficiat institutionē, ut in d. c. si tibi absenti. tamen poteris dicere institutionem hic perfectam declarata acceptatione prin. in quo non est uis per quem acceptatur, maxime cum uideatur canale lapideū ipse procurator, ut proxime diximus. Cogita tamen, quia omnino acceptatio fit per laicum, quę quidem est pars institutionis, ut proxime dictum est.

¶ Sex-

¶Sextus art. 11. q. prin. 3. par. ij. Lib.

1 *Possessionis traditio, seu apprehensio requiritur in temporalibus, secus in spiritualibus.*
2 *Possessio corporalis transfertur in inuestitura; nisi aliud habeat cõsuetudo.*
3 *Possessio corporalis transfertur per inuestituram, si ipsa sit in præsentia beneficij, & nullus est in possessione illius.*

Dubitatur Sexto, an per instõnem, seu inuestituram transferatur corporalis possessio beneficij in institutum seu inuestitum. Et ut retulimus supra in 1. præced. art. Host. in summa de institu. in §. quid sit inuestitura. in uersi. supradicti uero, uult in effectu, ꝙ aut inuestitura fit per baculum, uel per birretum præsenti, & transfertur possessio aut absenti & nõ transfertur. Abb. uero in c. cum Bertold. in 1. col. in 20. nota. de re iud. colligit ex illo tex. ꝙ ēt per instõnem de beneficio factam nõ transfertur corporalis possessio beneficii: nam ibi Archid. instituit quendam, & in corporalem possessionem induxit, & ꝙ instõnem factam de beneficio uel alia re non trãsferatur possessio, tenet gl. in c. per tuas de donatio. & in c. ex ore. de his q̃ fi. a mal. par. c. & in c. auctoritate. de institutio. ubi est gl. dẽ effectu institutionis. Sed ꝙ transeat possessio, tenet gl. in c. 2. de consuetudi. & quid iuris sit, remittit se Abb. ad Io. Andr. post Compost. in c. transmissam. de elect. & dicit se tetigisse in d. ca. 2. de consuetudin. & in c. auctoritate de institutio. & concludit Abba. ꝙ si institutio fit ante collationem, non transfertur possessio: quia habet uim collationis. si uerò post, & sic in præsentia seu in beneficij, & nemo est in possessione beneficij, & tunc secus, ut in l. ꝙ meo. de acquir. pos. & sic dicit concordari gl. præallegatas. Idem Abb. in c. quod autem. in uersi. oppono contra tex. hoc tit. dicit ex sola institutione, institutum consequi ius plenum in beneficio; ut probatur, in c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. Ita ꝙ post instõnem non ualet instõ alteri facta ēt cum traditione possessionis: ut in d. c. si tibi absenti. cum ibi notatis: licet aliud sit in rebus prophanis: ut in l. quoties. C. de rei uendicatio. Roc. aũt in hoc trac. in uerbo ius in quinta q. quærit an per institutionem transferatur plenum ius in beneficio iurispa. uel alio absque apprehensione possessionis. & refert dictum Abb in d. c. cum autem. concludens ꝙ sic;
1 †quia licet in temporalibus requiratur traditio & apprehensio possessionis ad hoc, ꝙ quis dicatur hr̃e plenũ ius l. traditionibus. C. de pactis. l. quoties. C. de rei uend. secus est in spiritualibus per tex. clarum in d. c. si tibi absenti. de præb. lib. 6. ubi etiam Gemin. & doc. notant, & idem decidit Abb. in c. suggestum. in 1. not. hoc titu. & idem Inno. Abb. & alii in c. inter cætera. de præb. dum dicunt, ꝙ facta permutatione beneficiorum cum auctoritate superioris acquiritur ius permutantibus sine alia traditione. Postea dicit contra istam conclusionẽ argui sic, si inductio in possessionem non est necessaria: quia per institutionẽ acquiritur plenum ius, ergo male fuit a iure adinuenta, in c. ut nostrum. & in c. cum satis. de offic. Archidia. & similibus, in quibus dicitur ius inducendi beneficiarum in possessionem beneficii spectare ad Archidiaconum. Subdit etiam istam difficultatem mouisse Abb. in c. trãsmissam. in 5. col. & distinxisse pro concordia: ꝙ aut alius est in possessione beneficij, & tunc non est licitum instituto uel confirmato administrare, nisi prius inducatur legitime in possessionem illius beneficii, quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria auctoritate, quod non licet ca. cũ qui. de præben. lib. 6. & in isto casu procedit ꝯrium. Aut nullus est in possessione beneficii, & tũc tenet communem esse opinionem ut supra, scilicet apprehensione possessionis habere clericum plenum ius in beneficio & posse administrare in ipso beneficio. Limitas tamen hanc conclu. D. Roc. ut non procedat quantum ad effectum, ut quis dicatur in quasi possessio. iurispa. quia nõ est necesse præsentatum per eum, & institutum esse in possessione beneficii & habitũ pro rectore seu clerico illius, beneficii. Ita dicit decidere Cald. in consi. suo 12. incip. quæ requirantur hoc tit. allegat not. per Inn. Host. in c. 2. de in integ. restitutio. quod etiam dicit Roc. se dictum in uerbo competens alicui. in 10. qõ. tu de hoc dic, ut late diximus supra in 1. par. huius 2. li. in 3. q. prin. in 10. art. dum tractauimus, qualiter quasi possessio iurispa. acquiratur, & quæ requirantur in ipsius acquisitione. Limitat secundo Roc. dictam conclu. ut non ꝓcedat quantum ad alium effectum, de quo per Abb. in c. cum super. in 4. col. de causa possessio. & propric. quẽ dicit oĩno uidendum pro intelligentia prædictorum. ubi uult esse necessariam possessionem ad effectum, ut possit petere se restitui ad illam, quod non posset, nisi possessionem corporalem beneficij fuerit adeptus: ut ibi per eum. Tu aduerte, quod d. Io. And. & Compo. in d. c. transmissam retulimus supra in 1. art. qui uoluerũt
2 †per inuestituram non transferri possessionem corporalem, nisi aliud habeat consuetudo, iuxta eã quæ hñt in c. 2. de consuetudi. & per Inn. in ca. cum literis. de restitutio. spol.
3 †sed si fit in præsentia beneficij, & nullus alius est in possessine illius, tunc per inuestituram trãsfertur possessio corporalis, arg. l. ꝙ meo. ff. de acqu. pos. & not. in d. c. transmissam. de elect. & in d. c. 2. de cõsuetudi. & ita Abb. concordat gl. contrarias, de quibus supra in d. ca. transmissam. & hæc est uera & cõis opinio. quam late probat Inn. & post eum Abb. in d. c. cum super. de cau. pos. & proprie. ubi Abb. in 4. col. in uersic. ad primam q. sequitur etiam supradictam distinctionem Io. And. Rot. 441. fuit dubitatum. de iustitu. in nouis. & uoluit etiam prædicta Roc in uerbo honorificum, in si. 99. q. & in uerbo ipse uel is a quo. in 11. q. Et quo ad secũdam limitationẽ supra positam aduerte illam procedere, quando alius esset in possessione beneficii, sed si nullus est in possessione beneficii, si intentatum est possessorium per præsentatũ institutum sufficiet pro eius calore deducere institutionem eius, quamuis præsentatio de se facta non probetur. Ita uoluit Rot. 189. sufficit præsentato. hoc tit. in nouis. & sensit Gaye. in repe. c. fi. in 52. col. & seq. & pro hoc faciunt ea quæ diximus supra in 2. par. huius 2. li. in 10. q. prin. in 7. art. dum ibi cõclusimus, litteras institutionis probare instõnem.

¶Septimus art. 11. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Administrare potest institutus translata in eum possessione per institutionem uel inuestituram, secus si non est translata.*
2 *Installatio ad quid fiat.*

Et Ex proxime dictis sequitur decisi 7. art. an institutus possit administrare ante installationem, seu inductionem in corporalem possessionem, & sic an institutio, seu inuestitura dat fructum instituto, seu inuestito, ut possit administrare bona beneficii. Inn. tangit hunc art. in d. c. cum nuper. quem ibi refert Abb. in 4. col. in uer. ad primam quæstionẽ. ubi concludit, ut pro-
1 xime diximus† ꝙ aut per institutionem seu inuestiturã in institutum translata est corporalis beneficij possessio, & poterit administrare, aut non est translata possessio corporalis beneficii, & non potest administrare. Et in hoc satis attenditur consuetudo, sicut enim per consuetudinem fingitur aliquam possessionem nactum, qui non est c. 2. de consue. sic & ubi est consuetudo, ut ante installetur quam administret, fingetur post confirmationem, seu institutionem nõ habere ius confirmationis, seu institutionis, ut dicit se dixisse in d. c. transmissam. de ele. & in d. c. 2. de consue. Et subdit fore intelligendum, quem posse administrare post institutionem, si alius non est in possessione, ut proxime dictum est; quia tunc agendum esset coram superiore, ut ille remoueat a possessione; qa non licet propria auctoritate alium expellere a possessione, nec aliquid circa possessionem innouare: ut in l. fi. C. si per uim uel alio mõ. & faciunt quæ dixi in præc. art. Item dicit esse intelligen-

gendum, quem ante installationem non debere admi nistrare qñ hoc specifice habet cõsuetudo, vt ante nõ administret, secus si consuetudo solũ hẽt, ꝙ fiat installatio, tunc. n. licet seruanda sit consuetudo. c. vt nostrũ. de offi. Arch. nihilominus ante installationem admini strare poterit fm Inn. in d. c. cũ super, prope finẽ de cau. pos. & propric: qđ d. do. Abb. in 4. col. dicit in fi. primi ver. ad primam q. esse singulariter notandum. Et si di-
2 ceret (dicit ipse) † ad quid fiat installatio, ex quo benefi ciatus ante illã administrare poterit? Respondet Abb. vt acquirat possessionem ecclesiæ, quam non acquirit ex eo, quia agit pro iurib. ecclesiæ. Item pp quãdam solennitatem ne videatur propria auctoritate intrare possessionẽ. Tu dic hoc posse etiã: quia adepta possessione corporali per installationem posset agere & petere restitutionem, si sibi possessio sublata esset, quod aliter facere nõ potuisset per d. c. cum super. per gl. Inn. ibi, quã refert ibidẽ in 4. col. & dictum est supra in proximo pcc. art. in 2. limitatione prædicta etiam voluit Roch. in hoc tra. in verbo ius, in 5. q. & in verbo honorificum. in fi. 39. q. & in verbo ipse vel is a quo, in 11. q.

¶ Octauus art. 11. q. prin. iij. Par. ij. Libri.

1 *Possessio beneficij per inuestitum qualiter acquiritur.*
2 *Possessio beneficij acquiritur installatione beneficiatii sedo rectoris.*
3 *Canonicatus acquiritur per installationem in choro & loco per capitulum sibi assignato.*
4 *Possessio imperij acquiritur apprehensione.*

1 Qualiter † autem possessio beneficij per institutũ acquiratur, Et hic fit. 8. art. patet ex dictis s. in 6. ar. sufficere possessionem transferri in beneficiatũ p inuestiturã factã de ea in conspectu beneficij sine apprehensione fm Io. An. post Compo. in d. c. transmissam. de elec. in c. 2. de consue. ubi ẽt Abb. per eundem Abb. & doc. in c. cum aliquib. & c. cũ Bertol. de re iudi. & voluit Firma. in tra. de ẽpo. in 1. par. 3. lib. 55. q.
2 vbi de hoc quærit, vbi ẽt dicit, hmõi † possessionẽ posse acquiri per installationem beneficiati in sede rectoris fm Inn. in c. in literis. de resti. spo. & Bal. in l. 2. in 15. col. C. de serui. vbi dicit hoc esse verũ, nisi cõsuetudo aliter se habet. & hoc idẽ voluit Inn. & post eũ Abb. in d. c. cũ super. de cã pos. & propric. vt in proximo præcc. at. dicimus. ¶ † Idẽ dicit in canonico, cui q̃ritur canonica
3 tus per installationem in choro & loco per capitulum sibi assignato. fm Bal. in d. l. 2. 17. col. ver. super secũdo. C. de serui. & dicit esse tex. gl. & doc. in c. in genesi. de elec. & in c. relatũ. de preben. & in c. cum. M. de cõsti. Et ibidẽ dicit, canonicũ cõdemnatum per sñiam perdere possessionẽ canonicatus, qa dẽt destallari de choro, seu descalari, & sic p actũ cõtrariũ stallationi fm Inn. in d. c. in literis. Bal. vero in d. l. 2. in 1. col. dicit dixisse sufficere eũ non vti actibus canonicatibus, quos exercere nõ põt statim ꝙ est condemnatus, & hoc dicit esse notan-
4 dũ. Et ibidẽ Firma. ponit † qualiter acquiratur possessio imperij, & dicit acquiri apprehẽsione. vide per eum.

¶ Nonus arti. 11. q. prin. 3. par. 2. libri.

1 *Proprietatem seu possessionem rerum ecclesiæ quis habet.*
2 *Agens pro beneficio debet suo nomine agere, pro rebus verò beneficij debet nomine ecclesiæ agere.*
3 *Possessio bonorum beneficij an transeat in institutum per solam inuestituram vel acquisitionem possessionis beneficij sine traditione & apprehensione rerum, vbi sola possessione beneficii sine alia apprehensione particulari.*

Sed Dubitatur nono, an possessio bonorũ beneficii transeat in institutũ per solam institutionẽ, vel adeptionem possessionis beneficii sine traditione & apprehensione rerum particularium ipsius. Et Abb. in d.
1 c. cũ super. in 4. col. in ver. ad secundam q. quærit † qs habet proprietatem & possessionem rerum ecclesiæ, & refert opi. Primã Inn. ꝙ non prælatus sed Christus noscatur prædicta habere. Secunda est opinio, ecclesiã habere possessionem & proprietatem. i. congregationem fidelium, cuius caput est Christus. Tertia est opinio, ꝙ apud quemlibet ecclam particularẽ esse dñium & possessionem rerum ecclæ & clericum possidere bona ecclesiæ illius nomine, & tñ clericum post collationẽ sibi factam posse dicere beneficium esse suum: ut in c. si ti-
2 bi absenti. de pb. li. 6. Et ibi. Abb. in uer. ad 3. dicit † ꝙ si uult beneficiatus agere pro ipso beneficio poterit ipse agere: si aũt p reb. bñficij aget noĩe ecclæ, ut ibi p eum ex qb. colligit, dñium rerũ ecclæ & possessio ad quem spectãt & trãseant. Tu aduerte, nos s. in 1. par. 1. li. in 6. q. prin. in 8. art. dũ ibi tractauimus, an dos ecclæ gaudeat illis priuilegiis qb. & dos mulieris in 35. priuilegio posuimus dñiũ rerũ ecclesiæ penes quẽ sit, penes Christũ
3 ipsam ecclam uel rectorẽ illius, uideas ibi. ¶ † Sed difficultas art. nři ɔsistit in hoc, an possessio bonorũ beneficii trãseat in institutũ p solã instõnem uel adeptionem possessiõis bñficii sine traditione, & apprehensione rerum. Et hunc art. ponit formaliter Firma. in tra. de ẽpo in 3. li. in 1. par. in 56. q. ubi dicit, beneficiatum nõ debere corporaliter apprehendere possessionem bonorum ecclesiæ: qa io ipso iure censẽt translata possessio rerũ ecclesiæ qa ecclesia nõ desijt possidere fm Inn. in c. in officiis. de test. mortuo. n. plato uacat possessio platurę nõ possessio bonorũ ecclesiæ: qa eccla possidet fm Inn. in c. ex parte. de arbi. & hoc idẽ uoluerũt Bar. & doc. ff. de acq. pos. & in l. 1. §. fi. ubi Pau. de Ca. co. ti Bal. in l. fi. 2. col. C. de edi. diui Adr. tol. & in Spe. de peti. & pos. §. 1. quod dicit esse uerũ, ẽt in plato ecclæ collegiatę fm Inno. ibi. & Bal. in margarita in uerbo mortuo. & nedũ possessio bonorũ est apud ipsam ecclam cuius sunt bona, sed ẽt apud ecclam vlem, ex qua Christus dr possidere, fm Bar. in l. sicut. § fi. ff. qđ cuiusq; uni. noĩe. Bal. ĩ l. fi. in 2. col. C. de edic. diui Adr. toll. & Inn. in c. cũ sup. de rest. spo. Sed nõ ẽ ibi: qa est in ti. de cau. pos. & ppric Et hoc sumpta occasione Firma. ibi psequit in qb. apprehensio rerũ requirat de necessitate, qd in hrde, qd ĩ legatario, qd in fideicõmissario, qd in filio, qd in mona. qd in bonis dotalib. qd in tutore, qd in emptore, qd ui gore statuti, & ĩ sĩlib. uideas ibi plene, nolo hic referre. Quib. tñ poteris addere quid in quasi posituriũ defuncti an ɔtinuet io hrde uel successore, de quo ultimo pulchre dixi. s. io 1. par. hui. 2. li. io 3. q. prin. in 21. art. Cõcludc iñ ex d. Inn. & Ab. in c. cũ sup de cã pos. & ex alleg. p Firm. in institutum trãsire possessionem rerum particulariũ Beneficii seu ecclesiæ, cũ in eũ transiuit possessio bñficii seu eclæ absq; alia apprehẽsione particulari.

¶ Decimus art. 10. q. prin. 3. par. ij. Lib.

1 *Possessio beneficij retinetur per inuestitum solo animo, etiam si ab eo sit expulsus per tyrannum excommunicando expulsorem & inferendo alias ecclesiasticas censuras.*

Quærit Postmodum Firma. in præall. tra. de ẽpo in ultimis uerbis 1. par. 3. lib. & sic in 57.
1 q. & hic fit 10. noster art. † an possessionem beneficij adeptã p institutũ ut s. ipse institutus retineat, si forte p tyrannũ ab ipso beneficio expellat, rñdet solo aĩo, ac excõicãdo expulsorẽ, & aĩs cẽsuras ecclasticas inferendo possessionẽ illius retinere secũ. Bar. notabiliter in l. 2. ĩ 22. col. C. de serui. & aqua. qđ Firma. dicit esse notãdũ.

¶ Vndecimus art. 10. q. prin. 3. par. ij. Lib.

1 *Præsumitur præsentatio præcessisse, si de ea constat per literas episcopi ipsius narratiuas, constito tamen clericum fuisse institutũ per episcopum.*

Dubitatur Vndecimo † si constat, clericum p episcopum institutum, sed non constat præsentationem præcessisse, nisi per literas episcopi illam narrantes, an præsumatur præcessisse & ualeat institutio. & dicendum est ꝙ sic, prout uoluit Rota.

ta 189. sufficit pñtato. hoc tit. in nonis, quæ uult; si lnte
tatum est possessorium per institum, sufficere ꝓ eius co
lore ipsius instõnem deducere, quamuis eius pñtatio
non probetur, quia illa modicum iuris confert, c. dile-
ctus. de offi. leg. & quia sola instõ superioris, licet casse
tur electio seu pñtatio, tuetur possessorem & oĩa facta
per eum, ut legitur & no. per Inn. & Host. de elec. nihil
est. & de rest. spo. in litteris. ꝑ eosdem. & c. qa cũctis. uer.
si uero. de ꝯces. ꝑb. hoc idem uoluit Feli. in c. sicut. in
12. col. in uer. extrinseca. de re iud. facit qđ dicit Pau. in
trac. de sede uac. in 2. par. in 5. q. in ult. col. in uer. & pa-
troni pñtatio. ubi dicit. & patroni pñtatio, qñ eṗs ad ca
pitulum sede uacante asserit factam de i llo quẽ insti-
tuit, ꝓsumitur interuenisse, si patroni non ꝯdicãt. & idẽ
uoluit Roc. in hoc tra. in uer. honorificum. in 50. q. Tu
de ꝑdictis dic, ut late dixim. s̃. in 2. par. hu. 2. li. in 10. q.
prin. ĩ prin. 4. art. ubi retulimus dicta supradictorũ doc.
& tãdẽ ibid. in 7. art. latissime hũc ar. discussimus, ad ibi
dicta me remitto, ubi ꝯclusimus, ut ꝓxime dictum est.

¶ Duodecimus art. 12. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Institutio an ualidet præsentationem inualidam, remissiue.*
Confirmatio an ualidet electionem inualidam.
2 *Electio a principio non canonica non potest confirmari.*

1 Dubitatur duodecimo † an instõ ualidet pñ-
tationem inualidam. Firma. for
mat hunc art. in electione, & confirmatione. & distin
guit, ꝙ aut est ualida, respũ personæ electi, & cõfirma
tio nõ ualidat illam. l. si constat. de appel. Aut est inua
lida rõne eligentium, & licet dicat secus esse tñ dicit
statim idem esse per l. ex consensu. §. 1. eo. tit. Si uero
est nulla rõne formæ, & ꝯfirmatio est talis, ꝙ posset il
lud munus concedere, ualidaĩ, si ꝯfirmatio fiat ex cer
ta scientia, alias non sed si non posset confirmãs illud
cõcedere, & nõ ualidatur ꝑ ꝯfirmationem ab eo factã
ſm Inn. in c. nihil. de ele. & Bar. in d. l. si ꝯstat, & Pet. de
Sonci. post Bal. in l. nominationes C. de appe. Dicit tñ
2 Bal. in l. quicunq;. C. de bo. q̃ lib. dixisse † electionem nõ
canonicam a principio nõ posse ꝯfirmari, ẽt si ecclesię
expediat per c. auditis: de ele. Idẽ tñ Bal. in add. ad Spe.
in ti. de ap. uer. ꝑ diffinitiuam. dicit, electionẽ quacũq;
rõne nullã ualidari per confirmationem factam in ꝯ-
dictorio iudicio, & hoc est uerum, secus si fiat de plano
quia tunc distinguitur ſm Inn. in d. c. nihil. & Io. An. in
d. c. fi. de ele. in 6. in no. ſm Bal. ubi s̃. & est uidendus ẽt
Bal. in add. Spe. in ti. de ele. uer. cuius ætas. & ita residet
ibi Firma. Tu de isto art. uide, quæ diximus sup. in hac
par. in 3. q. prin. in 3. art. dum tractauimus, an nulliter
pñtatus, uel indignus possit institui, & instituens illum
puniaĩ, & ibid. in 4. ar. dum tractauimus, an pñtatio fa
cta a patrono excõicato sequuta instõne teneat, & fa-
ciunt ẽt ea quæ diximus in 2. par. huius 2. li. 11. & ult. q.
prin. in 4. art. dum tractauimus. an instõ sapiat naturã
seu hẽat uim sñiæ diffinitiuæ uel interlocutoriæ. ex q-
bus apparet instõnem non ualidare pñtationem nul-
lam ipso iure, annullandam uero sic, si non appelletur
ab ea, uideas ibi, & de materia ẽt d. c. nihil. uide in d. 3.
q. prin. huius par. in 5. & ult. art

¶ Decimustertius art. 13. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Institutio facta clandestine an teneat.*

1 Dubitatur Decimotertio † an instõ facta clan
destina teneat. Et archid. in d. c. si
tibi absenti. quẽ ibi refert Domi. in 1. col. in uer. quęro
an teneat. tenet ꝙ sic. Io. An. uero se remittit ad dicta
per eum, & alios in c. ut nostrum. §. porro ut ecclesiasti
ca beneficia sine diminutione conferantur. ubi Io. An.
in simplicib. tenuit ꝙ sic, in dignitatib. uero secus ꝑ c.
quia pp. in fi de ele. & hoc ibi tenet Inn. licet Arch. di-
cat illum tenere oppositum. Pau. uero in d. §. porro di-
stinguit, ꝙ aut collatio sit ita clandestine, ꝙ de ea non
põt fieri fides, & tunc non ualet, & ita põt procedere di
ctum Inno. aut licet fiat clandestina, tñ põt probari, &
tũc ualebit instõ, & ita procedet alia opi. & ibi Pau. cõ
cordat domi. ubi s̃. hoc idem uolunt oẽs doc. in d. c. ut
nostrum. §. porro. Et pro his faciunt quæ dixim. s̃. in 3.
præce. art. ubi conclusimus, institutionem esse proban
dam per scripturas, uel testes, & soli instituenti nõ est
credẽdũ, ergo sufficit fieri ut probari possit, & ita tene.

¶ Decimusquartus art. 14. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Expensæ per quem fieri debeant in præsentatione & toto processu.*
2 *Expensa in electione fiunt per electum.*

1 Dubitatur decimoquarto † cuius expensis pñ-
tatio totius processus cum instõ-
ne fiat pñtãtium pñtari uel ecclesia, & in electione cla
rum est ꝙ electi, adeo ꝙ capitulum expendens repetit
ab eo. c. ut prçteritę. & ibi gl. & doc. de ele. & tenet Bal.
in l. 1. C. de bo. mater. sequitur ẽt Firma. in trac. de eṗo.
in 1. par. 3. li. in 39. q. ubi remissiue ponit de expensis fa
ctis per quoscunq;, a quib. repetantur, uide ibi late. Tu
aduerte, ꝙ tex. in d. c. ut ꝑteritæ, & gl. & doc. ibi loquũ
tur in electionib. prælatorum & sĩr Firm. ibi, & idẽ Fir
ma. in 3. par. 2. prin. 3. li. in 23. q. ubi quærit, an electus
ꝯ quem opponitur ne confirmationem obtineat, pos-
sit se defendere sumptu prælaturę. & dicit ꝙ sic, alle. In
no. & do. in d. c. ut præteritæ. & Ang. & Pa. de Ca. in l. fi.
§. in computatione. C. de iure delib. & Bal. in d. l. 1. C. de
bo. mater. Et in electione bene dicit, quia in illa hr̃ tex.
d. c. ubi ꝑpea. nam ibi tam electio q̃ confirmatio fiunt
solum principaliter ad prouidẽdum ecclesię, sed in pñ
tatione est aduertendum, quia in illa pñi q̃ plures litea
occurrere, puta inter ipsos patronos de essentia iurisp.
seu illius quasi pos. Item inter ipsos pñtatos & patro-
nos, puta inter pñtantes unũ, & ipsum pñtatũ, ut no. ĩ
ĩ c. eã te. c. 3. & ĩ c. si uero. hoc ti. & nos de hmõi litib. di
ximus latissime s̃. in 2. par. hu. 2. lib. in 1. q. prin. in 9. ar.
non est æquum, si patroni litigant de eorum iurep. seu
de eorum quasi pos. iurisp. siue eṗs de eius mera colla-
tione, seu pñtati de eorum meritis, & demeritis, hmõi
lites fiant sumptib. ipsius ecclesiæ in aliorum utilitatẽ
particularium, sed dicerem, cum patroni litigãt inter
se de iurep. uel eius quasi pos. quis eorum sit patronus
uel quasi possidens, licet in ꝯñtia ueniat uictoria pñtia,
expensæ fiant per ipsos patronos, habito tñ aliquali re-
spectu ad expensas, quę fieri possent pro pñtatione fa-
cienda, & instõne sequenda, & intermedia discussione
facienda, sicut qñ pñ atio fieret in concordia, ut dixi-
mus s̃. in d. 2. par. huius. 2. lib. in 8. q. prin. ubi de ista pñ-
tatiue ius concordat per totum. Et si lis esset inter pa-
tronos & eṗm expresse fiant per patronos & ecclesiam
eṗalẽ quæ lucraretur collationẽ merã. Et si lis esset de
meritis uel demeritis pñtatorum, lis fiat eorum sum-
ptibus, quia eorum erit commodum uel utilitas. Dan
do aliam regulam, ꝙ semper in huiusmodi litibus illę
tantum expensę fiant per ecclesiam, de qua agitur, &
deberent fieri, si pñtatio & instõ fierent in cõcordia ut
proxime dictum est, ut oĩa ista pñt colligi a contrario
ex his quæ dñt per doc. in d. c. ut præterea. de elec. Et ꝓ
hoc faciunt; nam si lis est inter patronos, & non finitur
infra quadrimestre uel semestre, eṗs instituit quẽ uult
in ecclesia (saluo iure uincentis, ut not. in dictis iurib. c.
eam te. c. tertij. c. si uero. & nos diximus late in d. 2. par.
huius 2. lib. in d. 1. q. prin. in 9. art. & illi qui euicerint ius
pa. debent eundem iam institutum per eṗm repñtare,
ut no. in d. c. si uero. & nos dixim. sup. in 7. q. prin. huius
par. in 10. art. & nihilominus œconomus ponitur in ec
clesia sic uacante, qui habet conseruare omnes fructus
pro successore, ut late diximus s̃. in 2. par. huius. 2. lib.
in 1. q. prin. in 30. art. & sic œconomus non facit expen
sas litis: ut in c. præterea. facit œconomus datus per ca
pitulum in bonis episcopatus & idem quãdiu durat lis
in-

inter eſpm & patronos, uel inter ipſomet pñtatos. Et ꝓ iſta ſit rõ: quia attenta grauitate harum litium & facultatib. bonorum beneficiorum patronorum, quæ non pñt eſſe niſi ꝓ uictu unius rectoris, & ſi fuerit parochialis, & clerici, qui eum adiuuet, ut late diximus s. in 2. par. 1. lib. in 5. q. prin. in 21. art. de facili eſſet neceſſe uẽdere eſſentialia bona ipſius eccleſiæ, quia fructus non ſufficerent, quod non eſt in eccleſiis in quib. cadit electio, tum quia in electione non cadunt tot lites, tum ẽt quia ſi bene caderẽt, electiones habent locum in eccleſijs cathedralib. collegiatis & dignitatib. in quib. cadunt pinguiores dotes, ut dixi. in d. 21. art. ex quorum fructib. pñt melius ſuſtentati lites nec in illis uertitur principaliter intereſſe eligentium, ſed ipſiniſmet eccleſiæ, in pñtatione uero poteſt uerti principaliter ẽt intereſſe aliorum, ut proxime demonſtrauimus. Nota prædicta, quia credo ipſa ueriſſima.

¶ Decimusquintus ar. 11. q. prin. iij. Par. ij. Lib.

1 *Forma ſcripturæ litterarum ordinarij de præſentatione & institutione fidem facientium.*

2 *Poſſeſſionis corporalis traditio & inductio pertinet ad officium Archidiaconi.*

1 Sit decimusquintus & ultimus ar. †de forma ſcripturæ litterarum ordinarii, de pñtatione & inſtõne fidem facientium, & dic de iſtis poſſe recurri ad formularios, nihilominus ut aliqua forma habeatur, decreui hic unam tñ formam ponere, ex qua poterunt aliç formulæ fabricari, dic ergo hoc modo uidelicet. Ioannes Caſtella miſeratione diuina Tran. Archieps, dilecto nobis in Chriſto Cæſari de Lambertinis presbitero noſtræ Archiepalis Tran. eccleſię. I. V. D. ſalutem in Dño ſempiternam. Noueris ꝙ uacante eccleſia S. Mariæ de cara de Boniſmiro ſita intus ciuitatem Trani, ꝑ obitum m. q. D. Iacobi de Sifola dictæ eccleſię ultimi & immediate rectoris dum uiueret, nuper uita functi cõparuerunt coram nobis magnificus. V. I. D. dominus Petrutius de Lambertinis tuus genitor, ac nobilis Franciſcus de Boniſmiro uelut patroni, ſeu in quaſi poſ. iurisp. ſiue pñtandi dictæ eccleſiæ exiſtentes, & narrãtes obitum rectoris prædicti, & ſic uacationem dictæ eccleſię ĩ. ipa a iure patronis laicis conceſſa pñtarũt nobis te prędictum Cęſarem coram nobis pñtem, uelut idoneum ad beneficium prædictum, & ad maiore, ad de linea fundatorem petentes te ad dictam eccleſiam inſtitui & illius regimen in ſpũalib. & temporalib. adminiſtrationem committi. Nos uero conſiderantes dictum Apoſtoli dicentis, nemini cito manũ imponas, decreuimus fore affigendum edictum in ualuis illius eccleſiæ cum peremptorio termino iuxta iuris formã. infra quem, ex quo nullus ꝯdictor ſeu oppoſitor comparuit diligenti inquiſitione per nos facta de iurib. pñtantium & meritis pñtari reperimus per legitimas probationes & inſtõnes anteceſſorum & ipſorum pñtantium eos fuiſſe & eſſe patronos, ſeu in quaſi poſ. iurispa. & pñtandi exiſtere eccleſiæ affatæ. Reperimus ẽt te præfatum Cæſarem idoneum ad dictum beneficiũ & maiora, uñ nullo canonico impedimẽto obſtãte duximus te inſtituendum. Si autem alius comparuerit cõtradictor poſt appoſitionem edicti poterit edici. Et qa infra terminum in edicto appoſitum cõparuerunt alij aſſerentes ſe patronos. puta. A. & B. & pñtarunt nobis. C. ac inſtarunt, ut nullo modo ad tui inſtõnem procedere deberemus, niſi de iuribus utriuſque bene cognouerimus, & cum nos citari feciſſemus ſpeciali citatione te & prædictos te præſentantes, & incertos ꝑ aliud noſtrum edictum, & infra terminum in illo appoſitũ nullo alio comparente niſi te & te præſentantibus quarum ambabus partibus ad extra iura producendum, & illius productis & ſeruatis his quę de iure in hoc iudicio ſeruari debent, tamen ad ſententiam diffinitiuã proceſſimus, per quam declarauimus prędictum. A nullum ius in iurep. ſeu quaſi poſ. dictę eccleſię cõpetere uel minus ius q̃ d. D. Petrutio & domino Franciſco, uel ęquale ius, & ſic dictum. C. omnino eſſe repellendum tãquam præſentatum a non habentib. ius aliquod, uel tanquam præſentatum ab habentibus minora iura, uel licet præſentatum ab habentibus æqualia iura, tamen tanquam non idoneum uel indignum vel non ita idoneum, nec de linea fundatorum, ut te Cęſarem nuperimus eſſe, uel licet in omnibus repeniſſemus uos ęquales, adeo quod locus erat gratificationi uoluimus potius gratificari in te quàm in illo. ¶ Et ſic ſiue præſentatio ſit facta ſine contradictione, ſiue cum contradictione poterit ſubdi, ſupplicati igitur de inſtõne actuali facienda huiuſmodi iuſtis ſupplicationibus inclinati te prædictum Cęſarem coram nobis genuflexum manentem in rectorem dictæ eccleſiæ S. Mariæ, ut præmittitur, uacantis auctoritate noſtra ordinaria inſtituimus, & per noſtrum anulum aureum, ſiue per impoſitionem bireti, ſiue per traditionẽ libri, ut moris eſt, pariter & inueſtimus, illamq; uobis cum omnib. iurib. & pertinentiis ſuis tibi aſſignamus ac ꝓuidemus ẽt de eadem, teq; coram nobis ſic conſtituiũ in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi eccleſiæ prædictæ iuriumq; & pertinentiarum prędictorum inducimus & inductum eſſe uolumus recepto per nos a te, ꝙ nobis & ſucceſſoribus noſtris archiepiſcopis obediens eris & fidelis, ac ſanctæ matris eccleſiæ nobiſq; & ſucceſſorum noſtrum parebis mandatis, eidemq; eccleſiæ ſecundum ipſius ſtatuta, conſuetudines, ordinationes legitimas deſeruies & deſeruiri facies in diuinis, iuraq; & libertates ipſius eccleſiæ manutenebis & defendes pro poſſe, nihilq; qđ ad dictam eccleſiam ſpectabit & pertinebit alienabis, ſeu diſtrahes, alienataq; & diſtracta ad ius & proprietatem eccleſię prædictę reduces & reduci procurabis pro poſſe ad Sancta Dei Euangelia corporali iuro. ¶ Et nihilominus oĩbus ſingulis perſonis eccleſiaſticis, Archidiacono archipreſbitero, ſeu diacono, & capitulo, canonicis perſonis dictæ noſtræ Archiepalis eccleſię, aliiſq; notariis, & tabellionib. publicis per ciuitatem diçce. noſtram ꝯſiſtentis ſubditis noſtris tenore pñtium committimus & mãdamus quatenus ipſi uel alter eorum qui ſuper hoc fuerũt requiſiti, ſeu fuerit requiſitus ad prędictam eccleſiã accedant, teq; uel procuratorem tuo nomine ad hoc ſpãliter conſtitutum auctoritate, & uice noſtri in corporalem, realem, & actualẽ poſſeſſionem eccleſiæ ꝑdictæ iurium & pertinentiarum ꝑdictorum inducant & defendant, ſeu inducat & defendat inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem non inquantũ poſſumus amouemus, teq; uel procuratorem tuum tuo nomine ad eandem eccleſiã admitti faciant cum plenitudine iuris canonici, ac de ipſius eccleſiæ fructibus, redditib. prouentib. & iurib. & obuentionib. uniuerſis integre reſpondeant, & reſponderi faciant ab aliis plenariè quantum in eis fuerit, ꝯdictores quoslibet & rebelles auctoritate noſtra per cenſuras eccleſiaſticas cõpeſcẽdo. In quorum oĩum & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras (& ſi placuerit) pñs publicũ inſtrũm, ut hmõi pñtationem, & inde oĩa ſequuta, ac pñtem noſtram inſtõnem in ſe continẽtes, ſiue continens exinde fieri, & per publicum notarium noſtrum, & noſtrę curię ſcribam infraſcriptum, ſcribi & publicari mandauimus, Sigillique nñi iuſſimus, & & fecimus appenſione communiri, & ſi placuerit poterit dici, noſtręque propriæ manus ſubſcriptione conualidauimus. Datæ ſeu datum in noſtro Archiepiſcopali Tran. Palatio in anno Domini &c. põtificatus &c. præſulatus uero noſtri &c. acta fuerunt hæc &c. ¶ Reſtat nunc comprobare aliqua uerba huius formæ cur appoſita ſint, & omiſſis aliquibus uerbis in principio concernentibus præſentationem: quia illa comprobata fuerunt ſupra in ſecunda parte huius ſecundi libri in tertia quæſtione principali in 11. articulo, ubi poſuimus in quib. uerbis præſentatio fieri debeat.

¶ Et